

**VEN. HILDEBERTI**  
**CARMINA MISCELLANEA,**  
**TAM SACRA QUAM MORALIA.**  
SIVE  
**LIBELLUS**  
QUI DICITUR  
**FLORIDUS ASPECTUS.**

(B manuscripto codice quingentorum circiter annorum c., viri D. Jacobi du Poirier doctoris medici  
Turonensis.)

**PROLOGUS.**

Raro exempli genere dives humilis invenitur; hoc exemplum te expetit, præsul (89) venerabilis, quia cum scientiæ prærogativa, rerum affluentia, dignitatis eminentia, tuorum insignia consodalium super-voles et excedas, tamen (quod perrarum est) inter spinas hujusmodi liliam humilitatis in temetipso floruisse video, sicut in præsentî, vir inelyte, tua declarat petitio, qui a servo dominus, a paupere dives, dignus ab indigno aliquid dignatus es postulare, cum potius debuisses imperare: petis autem ut quidquid in versu ab antiquo, in quantum recolligere possum, elegantiori stylo præpollens uno volumine concludam, tuæque devotioni transmittam. Factum est ut postulasti, et licet libellum istam nulla rhythmorum commendet jucunditas, pluribus tamen in locis (salva auctoris humilitate) sententiarum pondera, et verborum insignia poteris invenire; tentavi enim tam verborum splendorem, quam veritatem qualicunque stylo perstringere, illud proverbium attendens: placere speciosa, prodesse pretiosa; 1311-1312 et illud Horatii:

*Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.*

Quod igitur flores isti ex diversa, in unum confluerunt materia, dignum duxi ut præsens opusculum, juxta operis tenorem, tituli sortiretur auspiciam. *Floridusque Aspectus* vocaretur, eo quod floridi aspectus sui gratia quorumlibet animos alliciat ad legendum; nec immerito tam festivi tituli dignitate principium nobilitavi paginæ, utpote qui operi jocosodignanter alludat, ipsamque Scripturæ januam proprii splendor vocabuli incoloret et depingat;

(89) Intelligit hic forte Hildebertus Willhelmum Wincestrensem episcopum qui, ut patet ex Epistola 30, lib. III, ab ipso postulaverat ejus exaratis ibi

A dignus, inquam, titulus qui præponitur, sed dignior pagina quæ subsequitur, quæ et in nonnullis sententiarum majestate scintillat, et in quibusdam sermonis aurei [supp. fulgore] resplendet et rutilat.

*I. De Nativitate Christi.*

Nectareum rorem terris instillat Olympus;

Totam respargunt flumina mellis humum.

Aurea sanctorum rosa de prato paradisi

Virginis in gremium lapsa, quievit ibi.

Intra virgineum decus, intra claustra pudoris.

Colligit angelicam virginis aula rosam.

Flos roseus, flos angelicus, flos iste beatus

Vertitur in fenum, sit caro nostra Deus.

Vertitur in carnem Verbum Patris; at sine damno

Vertitur in matrem virgo, sed absque viro.

B Lumine plena suo manet in nascente potestas,

Virgineum florens in pariente decus.

Res nova, res celebris, res omni digna stupore!

Et pudor et partus sunt sine lite simul.

Quatuor hæc partum commendant Virginis, auri,

Vox Gabrielis, opus Pneumatis, umbra Patris.

Virgo silet, loquitur Gabriel, inbalsamat altum

[alvum

Spiritus et virtus Patris obumbrat ei.

Virginis auris, fuit uxor, vir Gabrielis

Sermo, dos almus Spiritus, umbra Pater.

Sol tegitur nube, feno flos, cortice granum,

Mel sera sacco purpura, carne Deus.

Ut nucleus testæ quasi mel ceræ, velut auro

Jungitur argentum, sic caro juncta Deo est.

Ergo si recte discernas singula, dices

Mox favus electrum est, qui Deus est et homo:

*opuscula et exarata transmitti quæ revera se ad illum missurum illa Epistola pollicetur.*

Nam duo juncta nucem, duo juncta favum, duo A

[Juncta  
Electrum statuunt, te duo, Christe Jesu.  
Solem stella parit, aurora diem, petra fontem,  
Patrem nata Deum, femina virgo virum.  
Ætheris ac terræ sunt hæc quasi sibula, sancto  
Fœderis amplexu dissona regna ligans.  
O castæ Matris felix dignatio ! sese  
Terris inclinat hæc mediante polus.  
Hæc est illa parens sacra, cujus nomen in ore,  
Est favus in corde, dulcis in ore melos.  
Hæc est quam cæli pictor Deus intus et extra  
Pinxit, et angelica dote polivit eam.  
Quantum fas credi est, Deitas hanc tota refulsit,  
Et quasi succincta venit ad istud opus.  
Lavit enim mentem, carnemque polivit, ut esset B  
Intus sincera mens, caroque munda foris.  
Splendor festivus totam sibi vindicat illam,  
In qua præfulget omne decoris ebur.  
Angelicæ lucis speculum decor ejus adumbrat :  
Huc oculum flectit curia tota suum.  
In titulos ejus citharizant omnia cæli  
Organa, cælestis musica ludit ei.  
Hæc est cella capax, ubi mel Deitatis inundans,  
Plene compluit hanc muneris imbre sui.  
Stella marie, candoris ebur, speculum paradisi,  
Fons veniæ, vitæ janua, Virgo, vale.  
Cæli scala boni, schola pacis, sibula thuris,  
Virgula, pigmenti cellulla, Virgo, vale.  
De te tot laudum rutilant insignia, nescit  
Quo plus ascendat tantus honoris apex.  
Omnis virtutum species et aromata, totam  
Te simul aspergunt thuris odore sui :  
Tu sine defectu radius, tu flos sine spine,  
Tu sine nube dies, tu sine sorde parens.  
Quid loquor ? hinc nullum clementum laus tua

[sumit ;

Frustra lucet facis, lento juvare diem.  
Quanta tuis pateat virtutibus arca, nullis  
Fasciculis laudum claudere lingua potest.

### II. De partu Virgineo.

Aaron virga, Dei Virgo peperisse feruntur ;  
Arboris illa nucem, ætheris ista Deum.  
Semine virga caret, profert sine semine fructum ;  
Nescit Virgo virum, concipit absque viro.  
Fert sine radice, genuit sine seminis usu  
Arida virga nucem, integra Virgo Deum.  
Floruit illa, dedit fructum, nux prodiit inde ;  
Concipit, ista parit, nascitur inde Deus.  
De virga nux exoritur, de Virgine Christus ;  
Virga Maria fuit, nux Homo-Christus erat.  
In testa sane species humana notatur,  
In nucleo deitas, in nucem Christus-Homo.  
In testa latens deitas, in carne moratur  
Cum nucleo testa, cum deitate caro.  
Dulce sapit nucleus, mulcet sapor iste palatum ;  
Dulce sapit deitas, cor regit iste sapor.

(90) Gallice gerbe : ita Martinus in Lexic. et Du-  
sang. in Gloss.

### III. De venditione Joseph.

Cum natura Jacob duodena stirpe beasset,  
In pueris forte gratia multa fuit.  
1313 Offuscans alios vultus fulgore sereni,  
Alter in his meruit Lucifer esse Joseph.  
Omnia solaris offuscet sidera fulgor ;  
Sic omnes roseo prævenit ore puer.  
In vultus alios vigili minus usa labore,  
Huic natura dedit quidquid habebat opum.  
In pueri vultum tantum fuit illa decoris  
Prodiga ; post munus pene remansit inops.  
Sic omnem scrupulum limaverat ungue polito,  
Ut vitii labes nulla molestat opus.  
Commendant pueri decus, os roseum, genaque flo-  
[rens,

Scintillans oculos, mens pia, para caro.  
Os, lumen, dentes imitatur, reddit, adæquat  
Para nitens niveum lilia, sidus, ebur,  
In laudem pueri plene natura laborat.

Miraturque suam sic studuisse manum,  
Si minus egisset aliquid fortasse (quod absit) !  
Hoc damnum redimi vestis honore potest.

In puero cultus naturæ munus honorat,  
Cujus laus formæ laudibus addit opem.

Imbuerat vestem roseo tinctura colore,  
Ebria muriceo sanguine vestris erat.

Contulit hanc puero patriæ devotio curæ,  
Alludens pedibus fimbria, lambit humum.

Cum pater in fratres alios se stringat amoris  
Glutine firmitus huic patris inhæsit amor.

In fratres parit invidiam res ista : ministrant  
C Huic alimenta malo somnia visa Joseph.

Quod sopor ostendit, ad fratrum detulit aures,  
Quam declarat eis visio talis erat.

Res habet, imus agro, manus instat nostra manipulis,  
Falx prædatur agrum, spessua quemque trahit.

Prona meæ gelimæ (90) subdit pars vestra cacumem,  
Supplex, et quædam signa precantis habens.

Vulnerat auditum tenuis scintilla loquelæ,  
Fraternum cumulant altera visa scelus.

Somnia declarans, in conspectu patris infert  
Rursus fraternis auribus ista puer.

Omnia somnus habet, color unus palliat orbem,  
Visibus alludunt somnia læta meis :

Sol caput inclinat, mihi lunæ supplicat orbis,  
Sideris undeni circulus orat opem.

D Hæc vox in fratres livorem suscitât, iram  
Provocat, exercuat pectora, crimen alit.

Mentem non lædit verbum puerile paternam ;  
Retinet effectu verba carere suo (91).

In mortem pueri livor fraternus anhelat,  
Respondent sceleri tempora grata suo.

Fratribus absque Joseph missis in pascua, transfert  
Se puer ante patrem ; prodit in ista pater :

Si pure ridet fratrum fortuna tuorum,  
Consule ; paret, abit, consulit ille Sichem.

Surda taceat puero loca, stat puer, hæsit in illo

(91) Forte :

Vellet hæc effectu verba carere suo.

Lumine [*f. limine* : vir didicit quid petat, ille docet. **A**  
 Rusticus exit in his : Dotahim loca consule : reddit:  
 Quid petis ? Ille locum ? credit, abique puer.  
 In puerum fratres designant lumen, et istis  
 Utentes verbis, mutua verba ferunt.  
 Ecce Joseph, cujus fortuna laborat honori,  
 Cui dare promittunt somnia quidquid habent.  
 Ebibat innocuum cuspis fraterna cruorem,  
 Ne fructus habeant somnia visa suos.  
 Nomine velabit rabies se nostra ferino ;  
 Nostrum defendet culpa ferina scelus.  
 Impietas et amor in eorum pectore pugnant :  
 Hæc inhiat sceleri, comprimit ille nefas.  
 Bella movet cum fraude fides, cum crimine virtus  
 Cum pietate scelus, cum ratione furor.  
 Quæ modo perdere vult puerum, modo parcere, dici **B**  
 1314 Jure potest pietas impia dulce scelus.  
 Affectus de corde pius eliminat hospes  
 Impietas, mentum deserit exul amor.  
 Fratres immemores fraterni nominis, urgent,  
 Maturantque scelus, propositoque student.  
 Ne sibi se perdat, ne fratrem mutet in hostem  
 Ut scelus excludat, prodit in ista Ruben :  
 Vestrum compescat rationis habena furorem,  
 Nec maculet puras sanguinis unda manus.  
 Pro puero nobis decor oris supplicat ; ejus  
 Sunt oratores jus, pietas et amor :  
 Simplicitas veniam, si quid deliquerit, orat ;  
 Excusat puerum nescia vita mali.  
 Tot bona nituntur nostrum mollire rigorem,  
 Tot precibus frangi saxea corda queunt.  
 Hæc cisterna vetus, quam longi temporis usus  
 Compulit in senium, contegat illa Joseph.  
 Dulce etenim flet hoc scelus, impietas pia, juste  
 Peccabit noster hac pietate furor.  
 Verbum pondus habet, puerum cisterna recepit  
 Culpam commendat hujus imago boni.  
 Gaudet, abique Ruben, reliqui jejunia solvunt ;  
 Comprimit esca famem, consulit unda siti.  
 Vix jejuna fames primam libaverat escam,  
 Præsens accessit advena turba loco.  
 Judas protulit hæc : En nostro prospera voto  
 Sors bene resopndet, institor ecce novus.  
 Parcatur puero, vendatur, serviat exul :  
 Parent, emptor adest ; venditur ergo Joseph.  
 Reslatet ista Ruben, discesserat : inde revertens,  
 De puero puteum consulit ; ille tacet.  
 Sanguinis esse reos fraternos augurat enses,  
 Oblitamque sui credidit esse fidem.  
 Hoc impulsa motu, pietas suspirat ; in ejus  
 Corde pius linguam solvit in ista dolor :  
 Heu ! quid agam ? periit puer, o cisterna furoris  
 Fraternalique mali conscia, redde Joseph.  
 Heu ! quid agam ? periit puer, o furor ! Iste quid egit  
 Dignum morte ? nihil : sed quia justus erat.  
 Heu ! quid agam ? periit puer ; ille puer, puer ille,  
 In quo pendebat totus armore pater.  
 Heu ! quid agam ? periit puer ille meus, cruor ille  
 Lucifer, ille color lacteus ille Joseph.

PATROL. CLXXI.

**A** Obice singultu vocis stetit impetus horrens,  
 Adventum lacrymæ lingua retrenat : iræ  
 Fletibus, ungue dolor rigat, exarat ora, capillos  
 Fletibus ora rigat, exarat ungue comas.  
 Ex animo pietatis adeps per lumina fluxit ;  
 Affectum loquitur lacryma fusa piæ.  
 Invigilant fraudi reliquorum pectora fratrum ;  
 Effectu fraudes non caruere suo.  
 Vestis uncta Joseph hircino sanguine fraudi  
 Consulit ; incauto mittitur illa patri.  
 Testem præterdens pueri de morte errorem,  
 Intimat illa patri jam nihil esse Joseph.  
 Sanguinis hircini color omnem palliat artem,  
 Condemnas alios [*f. justos*] justificansque reos.  
 Eludit patrios oculos res illa ; cruentum  
 Augurat ille pecus sanguinis esse reum.  
 Hic timor excludit spem, pectus causa molestat,  
 Congelat hinc animum sæva doloris hiema.  
 Lumen, lingua, manus, fletu clamoribus ungue,  
 Ora, locum, crines, abluit, impiet, arat.  
 Fulgurat interius dolor hujus turbine pestis,  
 Intonat exterius talibus ira sonis :  
 Væ mihi, væ tibi, væ mihi patri, væ tibi filii.  
 O furor ! o rabies ! o fera ! redde Joseph.  
 Surdior æquore, sævior aspide, nequior angue  
 Horridior monstro, bellua, redde Joseph.  
 Perfidor Styge, sordidior aë, vilior hirco,  
 Aepior dumis, bellua, redde Joseph.  
 1315 Durior incude, nigrior et pice, durior hoste,  
 Tigride deterior, bellua, redde Joseph  
**C** Melle suavior, igne micantior, aptior umbra  
 Fratribus utilior, væ tibi parve puer.  
 Mitior agno, purior auro, clarior astro,  
 Jaspide lucidior, væ tibi parve puer.  
 Turture simplicior, vernanti gratior umbra,  
 Nobilior violis, væ tibi parve puer.  
 Pure quasi vitrum, scintillans ut Jovis astrum,  
 Candide sicut ebur, væ tibi parve puer.  
 Huc properate senes, huc florida confluat ætas,  
 De puero pueri, cum sene flete senes.  
 Tundite pectus, fundite fletus, plangite funus  
 De puero pueri, cum sene flete senes.  
 Fons fluat ex oculis, in vestem sæviat unguis,  
 De puero pueri, cum sene flete senes.  
 In nobis hiemat totius grando procellæ,  
 De puero pueri, cum sene flete senes.  
**D** Clavo sublato fluitat ratis anchora nostræ,  
 De puero pueri, cum sene flete senes.  
 Heu puer ! ille color meus est dolor, illa figura  
 Nostra est lactura, væ tibi, pure puer.  
 Ille tuus nasus mihi casus, gloria vultus.  
 Noster singultus, væ tibi, pure puer.  
 Effigies grata mihi fata, genæ mihi ponnæ,  
 Tam nova sors mea mors, væ tibi, parve puer.  
 Illa decane facies mea nunc rabies, caro pura  
 Sors mihi dura, meum mors mihi redde Joseph.  
 Dulcia viscera sunt mea vulnera, umbra [*f. membra*]  
 [tenella.  
 Nostra procella, meum mors mihi redde Joseph.

44

Interitus tuus est meus exitus, illa loquela  
 Nostra querela, meum mors mihi redde Joseph  
 Ille cruor roseus furor est meus, illa rapina  
 Nostra ruina, meum mors mihi redde Joseph.

IV. *De Job, Noe et Daniele.*

(E ms. Turon. et aliis.)

Tres recipit cælum, Daniele, Job, Noe, clauso  
 Limine mendicat cætera turba foris.  
 Si pondus rerum ratio bene consulat omnis,  
 Exprimet electos illa figura trium,  
 Castorum mores Danielis vita figurat;  
 Floruit illæsus in Daniele pudor.  
 Job designat eos quos fœdus inescat amoris;  
 Job complevit opus proles amore situm.  
 Hos Noe declarat quos Ecclesie ratis audit;  
 Arca secuta Noe, sub Noe tuta fuit.  
 Qui caste vivunt Daniel, qui conjugia implent  
 Debita Job, Noe sunt qui bene corda regunt.  
 Volvitur in saxo qui nubit, sudat in agro  
 Qui docet, in lecto vivere castus amat.  
 Huic mola debetur, ager huic, torus huic; mola

[immundus,

Subdita plebe ager, vita quietat torus.

Tres ibi cerno gradus; molit hic [supp. regit hic] cu-  
 |bat ille

Spe proles, lucro fratris, amore Dei.

Vult Deus hunc, vocat hunc, rapit hunc; proli va-  
 |cat iste.

Ille gregem pascit, esurit ille Deum.

Hic tener, hic fortis, hic est lenis; quasi lacte  
 Vescitur hic, ille panibus, ille favis.

Impetit hunc demum, [f. dæmon] super hunc dolet, C  
 |invidet illi;

Quem domat hic, ille vulnerat, ille necat,  
 Istum campus habet, hunc collis, mons habet illum,  
 Ambulat hic, ille cursitat, ille volat.

Quidquid peccati est cavet hic, timet hic, fugit ille;  
 Hic inhiat, studet hic, affluit ille bonis.

Iste manu purus, sermone, manu sacer ille,  
 Integer est ille pectore, voce, manu.

Quid noto? militat hic imperat, ille quiescit,

1316 Hic bonus, hic melior, optimus ille gradus.

Hi tres in mundo fluitant; tamen iste pericli  
 Paulisper patitur, hic minus, ille nihil.

Ut mare transeat hic mons, hic quasi brachia navem  
 Præparat hic, pontem fabricat ille sibi.

Hunc motus manuum, ratis hunc, pons adjuvat illum D  
 Hic nat, remigat hic, transilit ille fretum.

Ter denos fructus emit hic, duplum melit ille,  
 Illi centenus præmia debet honor.

V. *De tribus donis magorum.*

Quid thus designet, quid obumbret myrrha, quid au-  
 |rum

Exprimat inquiri, pagina sacra docet.

Hæc tria pondus habent sacris induta figuris;

Hæc tria plus pretii quam foris intus habent

Testa lapis cera est, quod verba foris tibi dicunt,  
 Quid latet interior, nucleus, unda, favus.

(92) Forte Remensis, nullum enim alium legitur circa hæc tempora in Galliis archipræsulem hoc no-  
 mine insignitum.

A Eliciet testa nucleum, lapis evomet undam,  
 Cera favum premet, si bene cuncta notes.  
 Mortuus in myrrha Christus signatur, in auro  
 Rex, in thure Deus, sunt tria forma trium.  
 Huic offers myrrham, credatur mortuus, aurum  
 Regem credendo, thus venerando Deum.  
 Quid latet interior adhuc de verbis elice sensum,  
 Rursum mellitus prodiet inde liquor.  
 Per myrrham macerata caro, doctrina per aurum,  
 Per thus signatur vox lacrymosa precum.  
 Dat myrrham qui se macerat, thus quæstibus orans  
 Cum lacrymis, aurum qui sapienter agit.

VI. *De tribus hominis mansionibus.*

Trina domus justo est, sit in aere prima, secunda  
 Sub tellure jacet, stat super astra sequens,  
 Lar domus hæc, tumba domus hæc, polus est domus  
 |illa;

B Præterit hæc, illa deficit, illa manet.  
 Hanc faber, hanc fossor, Christus parat hanc; lapis  
 |illam

Construit, hanc vermis, hanc pietatis opus.  
 Sorte diversa trium est, ruit hæc, jacet hæc, stat et  
 |illa

Plena malis, sordens pulvere, fulla bonis.  
 Hic labor, hic dolores, sed ibi neutrum; domus ista  
 Turbinis est, læta funeris, illa joci.

Vivit in hac, sopitur in hac homo, regnat in illa;  
 Hic mortalis, ibi terra, beatus ibi.

Jungitur hic vivis, ibi delunctis, ibi Christo;  
 Transitus hic, ibi mors, vita perennis ibi.

Ruminat hic epulas, ibi vermiculos, ibi laudes: C  
 Hic lacrymas, ibi fel, balsama gustat ibi.

Hic aliquid, nihil hic, illic habet omne quod optat.  
 Hic miser, hic nudus, dives habetur ibi.

In lare ros, cinis in tumba, flos in paradiso.  
 Hic est fumus, ibi spuma, smaragdus ibi.

Vita laet tumbam, caro cælum, spiritus exit  
 Suspirans, intrat mortua, lætus init.

In lare suspirat vivens, putrescit in urna  
 Mortuus, exsultans regnat in urbe Dei.

Illa priora duo supremum contulit istud,  
 Primi culpa patris, gratia sola Dei.

VII. *De laude Samsonis archipræsulis (92).*  
 Tange, manus, calamum, Samsonis pinget triumphos,  
 De cujus titulis Gallica vernat humus.

Fasciculos tibi fac aliquos de floribus istis, D  
 1317 Ex his connecti sarcina magna potest.

In decus Ecclesie, virtutis regia, juris  
 Linea, discordum fibula, Samson, ave.

Declaras opere quod spondes nomine fortem,  
 Vivere Samsonem sæcula nostra stupent.

Cujus honor, cujus laus, cujus fama sereno  
 Terras infundunt lumine, vive, precor.

In cujus thalamis pluit omnis gloria rerum,  
 Ad quem confluit alveus omni opum

In cujus digitis gemmas inviscerat aurum,  
 Dum latus excoctat, anule, lima taum.

Arrident uni tria sors, natura sophia ;  
 Et tibi nituntur tradere quidquid habent.  
 Prodiſſa sors, prudens natura, eſophia coruscans.  
 Fundit opes, mores format, honeſta docet.  
 Sors equidem vultu ſincero candida venit,  
 Tot ſuccincta bonis pene remansit inops.  
 Elimans mores digitis natura politis  
 Nullius vitii ſigna reliquit ibi.  
 Irrorans animum melliti rore ſaporis  
 Quidquid in arte latet ſcire ſophia dedit  
 In te non hiemat cujuſlibet aura procellæ,  
 In quo virtutes tempora veris habent.  
 In virtutes quarum te pompa coronat,  
 In te virginitas regia ſceptra tenet.  
 Virginitas dulcore ſavum, candore liguſtrum,  
 Stellam fulgore, vincit odore roſam,  
 Virginitas redolens quaſi thus, rutilans velut as-

(trum,

Pura quaſi vitrum, candida ſicut ebur.  
 Quid noto ? te ditat, te dotat, te polit aurum  
 Doctrinæ, fidei gemma, pudoris ebur.  
 Te mens, te lingua, te commendat manus, illa  
 Cogitat, hæc loquitur, perficit illa bonum.  
 Interius mentem virtutum fulgor inaurat,  
 Nomen inargentat lingua polita foris.

VIII. *De quatuor evangelistis.*

Tange, Camena, ſtylum, phaleratos exue cultus.  
 Rerum majestas induat iſtud opus.  
 Non opus hic phaleræ, ſed dives ſensus incauret,  
 Plus pretioſa valeat, et ſpecioſa minus.  
 Currus, Chriſte, tuus ſit limos carminis, ex hac  
 Materia carmen texe, Camena, tuum.  
 Corpus materiæ parva complectere zona,  
 Et brevis eſſe ſtudent, et gravis eſſe cavens.  
 Quæ juga, quæve rotæ referam, quæ trena, quis axis,  
 Quis vir, quis vitulus, quis leo, quis ſit avis.  
 Quatuor intueor [*f. interea*] paradisi flumina cur-

(runt.

Amminadab video quatuor ire rotis.  
 Te, Matthæe, prior ; te, Marce, ſequens rota ; Lucam  
 Tertia ; te quarta ſignat, amice Jeſu (93).  
 Sors diverſa rotas trahit, it rota prima, ſecunda  
 Feſtinat, currit tertia, quarta volat.  
 Inſignes ubi ſunt axes, ubi nobile frenum,  
 Gnarus ubi ducior, eſt ibi lens jugum.  
 Utraque lex, avis ; frenum eſt diſcretio ; Chriſtus  
 Eſt auriga ; jugum ſunt tua juſſa, Deus.  
 Gratia cuique ſuas diviſit opes, fluit iſte,  
 Ventilat hic, ille fulgurat, ille tonat.  
 Hebræam didicit Matthæi pagina linguam,  
 In Græco reliqui tres ſtuduere loqui.  
 Matthæi calamus aqua, Lucæ littera vinum eſt,  
 Marci pagina lac, mella Joannis opus.  
 Iſte quaſi terram ſapit, hic ſtillat quaſi myrrham,  
 Hic redolet quaſi flos, hic ut aroma viget.  
 Hic agrum ſulcat, in ſulco ſeminat ille ;  
 Hic operit ſemen, hic ad aperta rigat.

(93) Joannea evang., ſcilicet quem diligebat Jeſus.

A Quilibet illorum docet, orbi perſonat iſte,  
 Intonat hic, ille buccinat, ille canit.  
 1318 Cymbala primus habet, gerit alter tympana,  
 [plectrum  
 Tertius exercet organa quartus agit.  
 Dum jubat infundunt animis, hic eſt quaſi lampas,  
 Cereus hic, ille Lucifer, ille dies.  
 Conſule Scripturas, hic ferreus, æreus ille,  
 Hic argenteus eſt aureus ille ſtylus.  
 Hic hominis vultum, ſpeciem bovis, ora leonis,  
 Alitis effigiem, quatuor iſta noto.  
 Matthæum ſignat vir, bos Lucam, leo Marcum,  
 Ales diſcipulum qui ſine ſorde fuit.  
 Scriptorum titulos, titulorum conſule cauſas,  
 Quæ loquor invenies pondus habere ſuum.  
 Matthæo ſpecies humana datur, quaſi ſcripto  
 B Indicat et titulo quid Deus egit Homo.  
 Os vituli Lucam declarat, qui ſpeciale  
 Materiam ſumpsit de cruce, Chriſte, tua.  
 Effigiat Marcum leo, cujuſ littera clamat  
 Quanta ſurrexit vi tua, Chriſte, caro.  
 Diſcipulum ſignat ſpecies aquilina pudicum,  
 Vox cujuſ nubes tranſit ad aſtra volans.  
 Chriſtus homo, Chriſtus vitulus, Chriſtus leo,  
 [Chriſtus

Est avis, in Chriſto cuncta notare poteſt.  
 Est homo dum vivit, bos dum moritur, leo vero  
 Quando reſurgit, avis quando ſuperna petit.  
 Fons diſtillat, adhuc verborum conſule venas ;  
 Quatuor hæc juſtus quilibet eſſe poteſt.  
 Mente vigeſ ſit vir, mactans carnalia ſit los,  
 C Dura domans leo ſit, ſumma ſequens ſit avis.

IX. *De partu Virginæ.*

Sol, nubes, et aqua cœleſtis luminis irim  
 Conſciant ; partum Virginis iſta notant.  
 Sol deitas, nubes carnis ſpecies, aqua ſanctus  
 Spiritus eſt, Iris ſtella Maria maria.

X. *De natali Chriſti.*

Natus Caſta Nitens Exultans Perfidus Emptus  
 Rex virgo ſidus angelus hoſtis homo  
 Quærit nescit dat declarat perdit adorat  
 Nos ; labem ; lumen ; gaudia ; jura ; Deum.

XI. *De baptismo Chriſti.*

Roratur Clamat Sacratur Adest Solidatur  
 Salvator ; Genitor ; unda ; columba ; fides.

XII. *De oblatione Chriſti.*

D Solvitur Offertur Plaudit Fertur Stupet Orat  
 Lex ; turtur ; Mater ; Filius ; Anna ; Senex.

XIII. *De paſſione Chriſti.*

Fert Agitat Damnat Chriſtus Dæmon Phariſæus  
 Probra ; reos ; Chriſtum ; carne ; furore ; Cruce

XIV. *De reſurrectione Chriſti.*

Dæmon Mors Barathrum Chriſtus Galilæa Fideles  
 Flet ; petit ; orbatur ; ſurgit ; aditur ; orant.

XV. *De aſcenſione Domini.*

Scandit Suspirant Jubilat Linquntur Aditur  
 Salvator ; fratres ; Angelus ; ima ; polus.

**1319 XVI. De adventu Spiritus sancti.**

Expectat, replet, expellit, grex, Spiritus, ardor :  
Munera, corda, metum, mente, calore, fide.

**XVIII. De judicio Christi.**

Judex, cælum, stix, discernet, nutriet, uret  
Facta, bonos, reprobos, jure, quiete, foco.

**XVIII. De Christo Domino.**

Natus purus homo, fortis, surgens, levis, intus  
Virgine, culpa, re, vi, carne, gradu, deitate,  
Sumit, sacrat, fert, premit, excitat, intrat, adim-

[plet,

Corpus, aquas, pœnam, mortem, se, cœlica totum.

**XIX. Super Aaron.**

Fert Aaron tabulas legis ferugine tinctas,  
Quas noster Aaron Evangelii polit auro.

**XX. Super Virginem Mariam.**

Plus vere rutilat gemmis stellata Mariæ  
Virginis effigies, speculumque reverberat auri.

**XXI. Super arcam Dei.**

Arca Dei variis rerum frondosa figuris,  
Quam Christi sanguis imbalsamat, exprimit aram.

**XXII. Super aram.**

Purpurat hanc aram festivi gloria vultus  
Sic radiare vides quidquid vetus ara figurat.

**XXIII. Super majestatem,**

Non est hic opifex, sed opus; non rex, sed imago  
Regia, quæ nostris oculis alludit in auro.

**XXIV. Super Synagogam.**

Obnubit frontem Synagogæ legis amictus.

**XXV. Super Ecclesiam.**

Induit Ecclesiam scintillans laurea stellis.

**XXVI. In Evangelio.**

Uxor, villa, boves, cœnam clausere vocatis;  
Mundus, cura, caro claudunt æterna beatis.

**1320 (94) XVII. Epitaphium Roberti de Arbrissel.**

(E ms. Elnonensi, seu S. Amandi, nunc Regio, II.  
274, ann. circiter quingentorum.)

Astrorum cultorque Dei merit astra Deumque,

Sunt locus et merces, astra Deusque bono  
Iste bonus meliorque bonis, taceo mellorum

Optimus; ad laudem sufficit esse bonum.  
Hujus erat solidare fidem, mentique mederi,

Virtuti stimulos addere, spemque reis;

Exstirpare scelus, non exstirpare scelestos,

Et Christum membris conciliare caput.

Pane famem, potuque sitim non anticipavit,

Sed nec veste gelu, sed nec opus requie.

Prandia cum cœna potu non continuavit;

Frena gulæ posuit, non gula frena viro.

(94) Ex hoc epitaphio patet quam falso Hildeberto tribuatur famosa illa Epistola, qua beato Roberto exprobratur novum illud martyrii genus, a Gofrido Vindocinensi illi impositum, per nimiam cum mulieribus familiaritatem. Quis enim id credat de viro quem Hildebertus in hoc epitaphio, ut tot titulis, infensissimum carnis hostem describit?

(95) Non alium sane quam Petrum Pictaviensem episcopum, nec alium etiam ducem quam Guillelmum Aquitanie ducem, potentissimum simul, et tunc nequissimum, quem cum pastorali lenitate ad meliorem frugem reducere Petrus frustra conatus

**A Attrivit lorica latus, sitis arida fauces,**

Dura fames stomachum, lumina cura vigil.

Induluit raro requiem sibi, rarius escam;

Pascebat fauces gramine, corda Deo.

Hic sitiabat aquam, sed majus aqua sitiabat:

Causa sitis geminæ Christus et unda fuit.

Legibus est attrita caro dominæ rationis,

Et sapor unus eis, et sapor ille Deus.

Huic Pictavensi Petrum, qui præerat ovili,

Vita parem fecit pectore, mors meritis.

Per meritum datur emeritis quod dat recipitque

Gratus utrique Deus, gratus uterque Deo.

**XXVIII. Epitaphium (95) episcopi constanti semper animo officio suo juncti, et tandem in exilio suo pro justitia defuncti.**

**B (E ms. Ebroicensi, n. 19, et Turon.)**

Petro, super petram nec inaniter ædificasti,

Illic et turres quibus iter ad astra locasti,

Flaverunt venti, ruit imber, flumina, grando;

Nil tamen istorum concussit eas aliquando,

Tot tempestates frustratus es undique totus.

Nec gravibus cedens, nec prosperitate solutus

Tu vas electum, vas purum, vas in honorem,

Quod morum nectar, quod vitæ fundit honorem.

Tu ducis ulceribus medici vice condoluisti

Palpatis frustra ferrum pius apposuisti.

De thalamo nuptam sponsam de sede fugarat.

Templa, torum, patriam, vi, pellice, labe gravarat.

Sæpius hunc, ut se sibi redderet, admonuisti

Spernentem, Satanæ sed mœrens exposuisti.

**C Hinc ager gravius secretis ignibus arsit,**

Virus et invidiæ male saucia viscera carpsit.

Jezabel Elias, Herodiademque Joannes

Pertulit, hinc ambo titulos meruere perennes.

Te similis sexus, te par furor egit ab urbe;

Inde palatinis canibus sacra contaminata,

Mors abjecti, jus fractum, lex violata;

Hinc et clerus ab his conflictus [*f. constrictus*] ab

[his laceratus.

Qui (96) facinus gratis adeunt, bona nemo rogatus:

**1321** Tu tamen immotus tot tantaque sustinui-

[sti,

Præsul in exilio mortalia nostra professus,

Ora pro nobis ad edita regna regressus.

**XXIX. Epitaphium Petri Pietaviensis episcopi.**

(E ms. Turon.)

**D Virtutes quarum celebris dignatio Petri**

Moribus arrisit, colligo laude brevi,

Pieridum lyrifer, virtutum signifer, vitis

esset, tandem incomparabili zelo illum, stricto

gladio, et pontificis capiti jamjam imminente, mor-

tem minitantem, anathemate ferire non dubitavit.

Unde ab incestuoso principe, vipereo meretriculæ

sibilo infecto, ferventissimus incesti dissuasor

præsul sexcentis contumeliis exagitatus, et tandem

in exilium actus, glorioso sine martyr occubuit.

Vide Malmesbur. in Historia de Willel. Sec. lib. IV

et V, et Baron, ad ann. 1130.

(96) Phrasis Hildebertina, ut patet ex Epist. 17,

lib. II, ubi de acceleratis sic ait: *Qui gratis ad fa-*

*cinus discurrunt, ad honestum nec pretio...*

Clavifer, Ecclesiae lucifer iste fuit.  
 Consilii ros, ingenii flos, eloquii eos,  
 Palladis os, morum dos, Heliconis honos.  
 Præter tot titulos quibus ille refulsit, in ejus  
 Floruit illæsa carne pudoris ebur.  
 Carnis candorem nullius carbo notavit,  
 Illecebræ niveus flos sine labe fuit.  
 Qui de carne sua laudis vexilla reportans,  
 Aurea quæ meruit præmia victor habet.  
 Piscator fuit hic hominum, piscesque fuerunt  
 Quinti, piscantur cum sibi fata virum (97)  
 XXX. *Epitaphium magistri Anselmi.*  
 (E ms. codice Elnonensi, nunc regio, n. 274.)  
 Dormit in hoc tumulo celeberrimus ille magister  
 Anselmus (98), cui per diffusi climata mundi  
 Undique notitiam contraxit et undique laudem  
 Sana fides, doctrina frequens, reverentia morum,  
 Vita pudica, manus diffundens, actio cauta,  
 Sermo placens, censura vigens, correctio dulcis,  
 Consilium sapiens, mens provida, sobria, clemens.  
 Sed quæ larga Dei congressit gratia dotes,  
 Idibus invitis dissolvit Julius ater,  
 Qua vivens vixit comitatur gratia functum.

XXXI. *De morte comitis (99) Flandrensis.*

(Ex eodem ms. Elonensi-Regio.)

Divisos meritis mors urna versat eadem,  
 Et nimis æqua pari pondere librat eos.  
 Non lingua rhetor defenditur, aut equus [i. e. eques]  
 [armis,

Non redimit virtus fortia, pulchra decor.  
 De comitis casu mors sola triumphat; in illo  
 Invidet hoc homini, non hominis senio.  
 Mors mirans seniam quod nondum fecerat ætæ,  
 Est, ait, iste senex, desine vita senem.  
 Pene simul comes est monachus, monachusque  
 [cadaver,

Et comiti et monacho tu comes esto, Deus.

XXXII. *Epitaphium cujusdam probi viri (100)*

(Ex eodem ms. Elnonensi Regio.)

Vir venerandus obit, qui si quem fama superstes  
 Post obitum cogit vivere, non obiit;  
 Qui totus pietas, totus concordia, totus  
 Majestatis apex, copiu totus erat.  
 Qui gravis atque pius, in eo vigilavit ut esset

(97) Supp. mensis, id est *Maii*, quo circiter mense in Gall. Christ. fertur obiisse Petrus Pictavensi episcopus.

(98) Is forte fuit Anselmus sacri et gloriosissimi Domini nostri Jesu Christi Sepulcri cantor, inter Parisienses canonicos, et ipse probabiliter canonicus, educatus, cujus duæ epistolæ ad Galonem, seu Walonem, tunc Parisiensem episcopum, et ejus clarum, de sacræ crucis eximia portione ad illum ab ipso transmissa, referuntur in Gallia Christiana D. Roberti ad episcopos Parisienses, qui quidem Gata cardinalis, et sedis apostolicæ legatus obiisse fertur vii Kal. Martii anni 1114.— Est Anselmus canonicus Laudunensis.

(99) Probabile videtur hunc Flandrensem comitem non alium fuisse quam Balduinum, Hapkinum dictum, qui in bello contra Angelos, Ludovico Crasso adherens, graviter vulneratus, apud Flandros obiit

A Cum pietate gravis, cum gravitate pius.

1322 Lenis erat, sed et asper erat; sed lenis et  
 [asper:

In neutro vehemens, sive remissus erat.

Qui duce temperie, medium tenuit vitiorum,  
 Stare sciens inter plusque minusque medum.  
 Qui tamen in quantis erat, et per cuncta modestus,  
 In servare modum cavil habere modum.

XXXIII. *Epitaphium Milonis in carcere jugulati.*

(Ex eodem ms. Elnonensi-Regio.)

Digne Milo vita, tua mors anathemate digna est;  
 Hostis honeste doli victus es hoste dolo.

Turba premens unum, justum rea, libera vinctum,  
 Sic animam solvit carcere, sic hominem.

Frenduit ira minax, riguit furor, infremuit fax;

B Fit scelus, et scelus hoc expiat omne scelus.

Maii sexta dies tenebris confessa dolorem:

Nox rege dum patior quos rego, dixit, equos.

XXXIV. *Epitaphium cujusdam divitis comitisæ (1).*

(E ms. Turon.)

Huic tria post cineres vitam conferre laborant,  
 Mens humilis, blandus sermo, benigna manus.

Exempli speculum, patriæ rosa, lampas avorum,  
 Feminæi sexus immemor illa fuit.

Deliciis florens, vultu festiva, coruscans

Exemplis titulis incluta, stirpe nitens.

Sic intus mentem; foris os natura polivit,

Ut sine crimine mens, os sine labe foret.

Quod genus exempli rarum est, se femina vicit,

In se femineæ nil levitatis habens.

Cum fidei mulier corvo sit rarior albo,

C Hæc tamen in sexu floruit ista fides.

Lance pari libræ signum libravit Apollo,

Cum metit hunc florem mortis iniqua manus.

XXXV. *Epitaphium cujusdam Thomæ.*

(Ex eodem ms.)

Quem studio morum naturæ pinxerat unguis,

Incausto tinguit mors inimica suo.

Nullius vitii glacies hiemavit in isto,

In quo virtutes ver statuere suum.

Si quadravit eum virtutis gloria, nullam

Compulit in partem quælibet aura visum.

Morum nobilitas excessit sanguinis ortum,

Naturam juvit moribus iste suis.

xv Junii an. 1119, in ipso ætatis flore, magnum bonis omnibus desiderium sui relinquens, propter eximias virtutes, præcipue vero propter exactam justitiæ administrationem in vindictam scelerum; unde Hapkinus dictus fuerat, quia idiomate Flandrico Hapkin significat genus securie quo rei feriebantur. Tanta autem fuit pietate præditus, ut in habitu monastico mori et sepeliri voluerit: unde hic Hildebertus:

Pene simul comes est monachus, monachusque ca-  
 [daver,

Et comiti et monacho tu comes esto, Deus.

(100) Quis fuerit ille vir, nec in ms. notatur, nec nobis occurrit, cum Hildeberti tempore innumeri prope fuerint quibus elogium istud posset applicari.

(1) Forte Adelæ, comitisæ Blesensis

Mens bona disposuit, sermo docuit, ma . . . . . A

[f. manus egit]

Hinc bonus, hinc melior, optimus inde fuit.  
Tertia lux aderat Februi, cum tertia febris  
Nuntia mortis adest perdere jussa Thomam.

XXXVI. *Epitaphium magistri Theobaldi.*

Pinge, Thalia, virum festivo laudis honore,  
In cujus titulos collige quidquid habes.  
Electum fidei, sermonum pictor, alumnus  
Pieridum, fluvius nectaris iste fuit.

1323 Scintillas in corde, favumque gerebat in  
ore,]

Thus ejus nomen, flos fuit ejus opus.  
Non succo, non incausto flore nitentis  
Eloqui libros pingere doctus erat.  
Scintillant vario quæ gessit scripta colore,  
Ex ejus studio mellea verba fluunt.  
Novit apes nutrire suas hic melle sophiæ.  
Vestem subtili tezere novit acu.  
Pervius et liber stylus ejus ad omnia sculpsit,  
Pinxit, inauravit omne quod egit opus.  
Hoc vivente locus Dervensis floruit, isto  
Sublato marcel nominis hujus odor.  
Denigrat nomen mors immatura serenum,  
Nec solito splendet saucia fama die.  
Cum lux Andrææ terras infunderet, ille  
Multo ditatus melle reliquit apes.

XXXVII. *Epitaphium cujusdam nomine Clari*  
(E ms. Turon.)

Anchora lapsorum, fidei radius, nitor orbis,  
Flos patriæ, morum regula, Clarus obit.  
Implevit claro fulgorem nominis actu,  
Clarus nomen erat, actio clara fuit.  
Quid noto? clarus erat re, clarus nomine, clarus  
Exemplo, clarus dogmate, clarus avie.  
Insignis, pollens, largus, devotus, abundans,  
Moribus, ingenio, munere, corde, bonis.  
Præbuit, instruxit, dispersit, respuit, omni.  
Exemplum, fratres, damna, cavenda, polum  
Sol in Septembri dum quinto surgeret ortu,  
Cogitur occasum Lucifer iste pati.

XXXVIII. *Epitaphium cujusdam magistri.*  
(E ms. Turon.)

Sidera caligant radio privata sereno:  
Gallia suspirat præsole nuda suo.  
Lumen ab hoc sole stellæ sensere micores:  
Pallet sidereum sole ruente jubar.  
Ut verum fatear, sol inter sidera, laurus  
Inter dumeta, fons fuit inter aquas.  
Soli hebet, astra gemunt, laurus jacet, obruta dæmi  
Suspirant, aret fons, tenuatur aqua.

XXXIX. *Epitaphium cujusdam abbatis.*  
(E ms. Turon.)

Hæc sicut articulus non congruit ista, sed iste.  
Induit ista virum, moribus usu viri.  
Actus femineos animi virtute reliquit,

(2) Ex lib. III Hist. pontif. Angl. Willelmi Mal-  
mesburiensis, apud quem in versu quinto male ha-  
betur: *Jam quinta dies*; nec melius editio Lugd.

Et meruit sexu fortior esse suo.  
Naturæ vitium morum velavit honestas,  
Nil muliebri gerens, tota virilis erat.

Vindicat hinc virtus quod ei natura negavit:  
Ista fuit sexu, moribus iste fuit.

Labem, justa, Deum, cavit, quæsit, amavit,  
Integra, pura, colens, corpore, mente, fide.  
Contulit huic ortum stellare [f. stellaris] virginis  
[ortus;

Nascitur illa polo, nascitur ista Deo.

XL. *Epitaphium Berengarii.*

(Ex editis et e ms. Ebr., Bellovacensi et aliis.)

Quem modo miratur, semper mirabitur orbis,  
Ille Berengarius non obiturus obit.

Quem sacræ fidei fastigia summa tenentem

B Jani (2) quinta dies abstulit, aucta nefas.

Illa dies damnosa dies, et perfida mundo,

Qua decus et rerum summa ruina fuit

Qui status Ecclesiæ! quæ spes! quæ gloria cleri!

Qui custos juris jure ruente ruit.

1324 Quidquid philosophi, quidquid cecinerat  
[postæ,

Ingenio cessit, eloquioque suo.

Sanctior et major sapientia, majus adorti,

Implevit sacrum pectus et ora Deo.

Pectus cum voluit, vox protulit, actio prompsit:

Singula factori sic studere suo.

Vir sacer et sapiens, cui nomen crescit in horas,

Quo minor est quisquis, maximus est hominum,

Cui sensus peperit parlos servavit honores

C Cui potior pauper divite, jusque lucro,

Cui nec desidiam, nec luxum res dedit ampla

Nec tumidum fecit multus et altus honor.

Qui nec ad argentum, nec ad aurum lumina flexit,

Sed doluit quoties cui daret hic aberat.

Qui non cessavit inopum fulcire ruinas,

Donec inops dando factus et ipse fuit.

Cujus cura sequi naturam, legibus uti,

Et mentem vitiiis, ora negare dolie,

Virtutes opibus, verum præponere falso,

Nil vacuum sensu dicere, nil facere,

Lædere nec nimium, cunctis prodesse, favores

Et populare lucrum pellere mente, manu.

Cui vestis tectura rudis, cui neo fuit unquam

Ante sitim potus, nec cibus ante famem.

D Quem pudor hospitium statuit sibi, postque libido

Incestos superat, tum superavit eum.

Quam natura parens cum mundo contulit, inquit

Regenerant alii, nascitur iste mihi.

Quæque vagabatur, et pene reliquerat orbem

Inclisit sacro pectore justitiam.

Vir sacer a puero, qui quantum præminet orbi

Fama, tam famæ præfuit ipse esse.

Fama minor meritis cum totum pervolet orbem,

Cum semper crescat, non erit æqua tamen.

Vir pius atque gravis, vir sic in utroque modestus,

Bibliothecæ Patrum: *Jam tunc quinta dies*; bene  
autem Bellovacensis codex et Ebroicensis: *Jani quinta  
dies.*



Ut livor neutro rodere posset eum.  
Livor eum deflet quem carpaerat antea, nec tam  
Carpsit et odit eum, quam modo laudat, amat.  
Quam prius ex vita, tam nunc ex morte gemiscit,  
Et queritur celeres hujus abisse dies.  
Vir vere sapiens, et parte beatus ab omni,  
Qui caelos anima, corpore dicat humum.  
Post obitum secum vitam, secum requiescam,  
Neo fiat melior sors mea sorte sua

XLI. *Epitaphium Galfridi comitis.*

(E schedis Baluzianis.)

Flos regni, patriæque pater, decus orbis, et idem  
Orbis amor, generis gloria, gentis honos,  
Galfridus comes, hic satis proreptus iniquis;  
Damnus plus damno, plusque dolore dolor  
Cujus amat, cujus recolis, cujus venerantur,  
Publica res nomen, cujus adorat opus.  
Quo reprimente malos, quo jura tuente bonosque  
Pax fuit, et crevit copia pacis ope.  
Quantus consilio, quantus virtute vel armis,  
Quis nitor eloqui judicive rigor,  
Quam constans, quam munificus, quæ gratia formæ  
Quantus doctrina, quantus et ingenio,  
Quos hostes domuit, vel quas everterit arces  
Res probat, et populi fama per ora sonat.  
Hic probitatis apex, hic nostri gloria sæcli,  
Cum floreret adhuc, occidit ante diem.  
Communi de morte dolet communiter orbis:  
Mors, licet unius, non fuit una tamen.  
Omnes vivebant, omnes moriuntur in uno;  
Sic in eo moritur unus et omnis homo.

1325 Publicus ergo dolor, quia publica tanta do-  
loris

Damna; dolent omnes publica, quisque suum.  
Septima Septembris decus abstulit orbis ad orbe;  
Flore suo regnum, patria patre caret.

(3) XLII. *Epitaphium Sugerii abbatis S. Dionysii.*  
(Editum a R. P. Mabillonio in notis ad S. Bernar-  
dum, nunc e ms. S. Mariani Antissiodorensis.)

Occidit Ecclesiæ flos, gemma, corona, columna,  
Vexillum, clypeus, gloria, lumen, apex.  
Abbas Sugerius, specimen virtutis et æqui,  
Cum pietate gravis, cum gravitate pius.

Magnanimus, sapiens, facundus, dives, honestus,  
Indiciis [Vict. judiciis] præsens corpore, mente  
[sibi.]

(3) In notis prolixioribus R. P. Mabillonii ad Epi-  
stolam S. Bernardi 266 refertur hoc Sugerii epi-  
taphium, ut evulgatum, a Francisco Chiffletio S. J.  
et ut a Simone Capra-Aurea, S. Victoris canonico,  
compositum, cum aliqua tamen, sed exili differentia.  
Ibi enim incipit per verbum *decidit* non *occidit*,  
*viris* pro *suis*, *viris* pro *juris*. Duo autem versus  
hujus epitaphii e ms. S. Mariani desumpti, desunt  
in Victorino: duos vero ultimos, qui desunt in Ma-  
rianensi, supplendos duximus e Victorino. Sic autem  
habent:

(4) *Cui rapuit lucem lux septima Theophaniæ,  
veram vera viro Theophania dedit.*

Ex quibus innuitur Sugerium obiisse septima  
die infra octavam Theophaniæ, seu Epiphaniæ, quæ

A Rex per eum rexit caute moderamina regni;  
Ille regens regem, rex quasi regis erat:  
Dumque moras ageret rex per mare pluribus annis,  
Præfuit hic regno, regis agendo vices,  
Quæ duo vix alius potuit sibi jungere, junxit;  
Et bonus ille suis [viris], et bonus ille Deo  
Nobilis Ecclesiæ decoravit, repulit, auxit  
Sedem, damna chorum laude, vigore, juris [viris]  
Corpore, gente brevis, gemina brevitate coactus  
In brevitate sua noluit esse brevis.  
Cui rapuit lucem lux septima Theophaniæ (4),  
Veram vera viro Theophania dedit.

† XLIII. *Epitaphium Willelmi de Ros.*

(Hist. litt. de la France, t. IX, p. 331.)

B Pauperibus locuples et sacri nominis abbas,  
Willelmus, solo corpore, cultor humi:  
Liber ab Ægypto rediens, deserta reliquit,  
Jamque Hierosolymam victor ovansque tenet.  
Cum vitis odium, cum moribus ille perennem  
Pactus amicitiam, firmus utroque fuit.  
Luce gravi nimium quæ sexta præibat Aprilem,  
Redditus est patriæ spiritus, ossa solo.  
XLIV. *Epitaphium Gualonis, Parisiensis episcopi* (5).  
Gualo (5) ad episcopum successorem patris sui.  
Te Pater et pastor vult sanum natus, ovisque;  
Vota, Pater, nati suscipe, pastor, ovis.  
Et mihi sisque pater, ex quo bonus, imo bonorum  
Optimus, ille Pater destitit esse Pater.  
Ille Pater mihi quæ de te dixisse, recordor,  
Gualo valent alii, prævalet hic alii.

C Hunc tibi trado Patrem, cujus communico rebus,  
Cui gravis hoc uno sum, quia parco suis.  
Romam vado, vale; Romam se fluxit iturum:  
Sed melius potuit dicere: Vado mori.  
Mors male blanda viro, minuensque quiete laborem,  
Abrupit lucem nocte, viamque mora.  
Nolo virum, dixit, gelidas sudare per Alpes;  
Sed stet, sed maneat, sed moriatur, ait.  
Vas fidei, vas justitiæ, vas simplicitatis  
Occidit: Illa, suo vase cadente, cadunt.  
Sed te justitiæ vas subposuisse cadenti,  
Audio; quod si sit nemo, sitque tamen.

1326 XLV. *Epitaphium Brunonis* (6).

(E ms. Turon, a G. D. Dupoirier.)

D Ad superos superum cultor sociusque recessit,  
Commendans terræ Bruno quod ejus erat.

Incidit in duodecimam Januarii, sive in ineuntem  
decimam tertiam ejusdem mensis, quam eruditus  
noster R. P. D. Michael Felibien assignat pio Su-  
gerii decessui in præclara quam nuper edidit regalis  
monasterii S. Dionysii historia, p. 573.

(5) Nepos forte ipsius Gualonis episcopi, eodem  
insignitus nomine Gualonis, ad episcopum Pari-  
siensem, nomine Gerbertum, ejus immediate suc-  
cessorem.

(5) Ms. Regius Elnonensis n. 274 hunc titu-  
lum exhibet: *Gualo ad episcopum successorem pa-  
tris sui.*

(6) Non dubitandum quin auctor intellexerit san-  
ctum Brunonem, sacri ordinis Carthusiani fundato-  
rem, qui revera obiit vi die Octobris anni 1101.

Sarciculasque leves, et agentem Prothea mundum  
 Despiciat æternas pauper adeptus opes.  
 Suspitor angelicas hinc exsultare cohortes,  
 Et cæli cives plaudere cive novo.  
 Sexta dies Octobria erat, cum Bruno professus  
 Naturam, ad superos exoneratus abit.

XLVI. *Epitaphium Helix (7) comitis Cenomanensis.*  
 (Ex eodem ms.)

Jura tuens, et pacis amans, et maximus armis  
 Helias censor ecclerum, patronus honesti,  
 Justitia, et quidquid in principe mundus adorat  
 Occidit, et pariter pax et decus urbis et orbis  
 Excidit Helia patriæ, heu! et rebus adempto.

XLVII. *Epitaphium cujusdam Simoniaci in excommu-  
 nicatione defuncti.*

(E ms. Elnonensi-Regio, 274.)

Hic situs est quem nil decuit, nisi dedecus, et quem  
 Nil puduit, nisi quod credidit esse decus.  
 Ad mala vir promptus, ad pesamina promptior idem,  
 Non bonus, imo malus, non malus, imo malum.  
 Fax hominum, fraus totus homo, cavit, atque vo-

[canti

Nocte dat exsequias, noctua luce canes.

Hei mihi! quam timeo ne fraus homo fraude resur-

[gat,

Ne mortem fallax fallere possit homo.

Urge membra, lapis; animam vos claudite, manes,  
 Horum conventu ne solidetur homo.

Vestras in vestro consumite, Tartara, pœnas,  
 Ni vestris vultis parcere; vester erat.

Terra, quod occultas dolus est, hoc est homo sola  
 Morte bonus, per quam destitit esse malus.

Hic est ille scelus quo nemo simonior; hic est  
 Quo melior malus est quisque, minusve malus  
 Sus vita, canis officio, vulpecula mente.

Brutus erat vix se noscere, vixque Deum.

Spem miseris, rem divitibus, sua fortibus arma,  
 Ecclesiæ vires abstulit, et sibi se.

Hic armans in furta manus, in jurgia linguam,  
 Turpe cavere scelus credidit esse scelus.

XLVIII. *Versus de quodam paupere nuper rapto ad  
 præsulatum.*

Sæpe diem mœstum sequitur lux aurea, sæpe  
 Lætus post pluvias incipit esse dies.

1327 Ad quid suspirat præmissi littera scripti,  
 Vir docet iste modo, stilla, favilla prius.

Ejus pace loquor, non erat ante tanto  
 Nomine festinus, sed miser exsul inops.

Tunc neque mitra caput, neque gemma manum,  
 [neque mentem

Virtus ornabat, sed quasi nullus erat.

Fermentem, non frumentum; ros, non rosa; ferrum,  
 Non aurum, nullus non erat ullus adhuc.

Nec florens opibus, nec clarus avis, nec honore  
 Præditus, insigni nec probitate nitens.

Tunc velut in testa nucleus, velut in salivca

(7) Is ipse est Helias, qui Hildeberti electioni adeo  
 pertinaciter obstiterat, sed qui processu temporis,  
 meritum ejus veneratus, intimam cum illo contraxit  
 amicitiam, et cui tandem defuncto Hildebertus ipse

Flos, velut in cera mel latitabat adhuc.

Nullius certe virtutis splendidus auro,  
 Sub vitii plumbo sorduit iste diu.

De misero luit sors longo tempore, demum  
 Sa peccasse sciens est miserata virum.

Et veluti veniam peteret sibi, leniter illi  
 Subridens, miserum tollit in axe suo.

Fortunæ curru de pulvere raptus ad arcem  
 Culminis, ad mitram præsulis ille volat.

Ut tamen existat salvus veri tenor, alter  
 Factus homo, jam se non putat esse suum.

Felix de misero, præsul de paupere factus,  
 Vertitur in florem qui fuit herba prius.

Gaudet qui doluit, stat qui jacuit, juvenescit  
 Qui senuit, non est iale quod ante fuit.

B Herba prius, modo flos; scintilla prius, modo stilla;  
 Tunc æs, nunc aurum; tunc olus, ecce rosa.

Tunc quasi candela mendicans lumen ab igne,  
 Nunc quasi sol a quo cætera lumen habent.

Sic potuit veniam fortunæ culpa mereri,  
 Quæ modo supplevit quod dedit ante minus.

XLIX. *Versus de quodam paupere.*

(E ms. Turon.)

Vestra peritia dum regit omnia, sidera tangit;  
 Deum domat effeta (8), mitigat aspera, fortia frangit.

Non odio, non sit pretio, non sit prece cæcus;  
 Justitiæ rigor et fidei vigor omnibus æquus,

Non pretium tulit auxilium qui dona dedere,  
 Nec nocuit qui nihil potuit, qui donat habere.

Hinc fuit unica spes mea civica jura subire,  
 Et quasi brutum jurgia totum lecit inire.

Sit docilis mihi, sit facilis mens vestra, precamur,  
 Forsitan his patet, et tamen hic latet unde queramur

[mur

Noxia pestis, littera testis, dives avarus.

Dives avarus quam sit amarus, quam malus hostis  
 Sentio plus nimio, sed vos tamen hic bene nostis,

Corpore maximus, ille nigerrimus, ille Pilatus  
 Ille deorum spector, eorum templa paratus,

Ignibus urere, cunctaque spargere membra senatus.  
 Exitio nostri nimio vestro quoque natus,

Me male perculit, et satia intulit aspera damna  
 Aspera tristitia, quæ sibi vilis, sed mihi magna;

Namque boves paucas et oves spe lactis alebam;  
 Hinc ego victum vix et amictum vestis habebam:

D Flebat autes et redeutes invidus illas

Pergere lætas, atque repletas lacte mamillas  
 Quando videbat, desiciebat mente, quod ille

Inde careret, cum vel haberet millia mille.  
 Has sibi vendi poscit, habendi ductus amore.

Non volo vendere vi, prece, munere, sive timore;  
 Ergo superbia divitis impia mota furore

Dicere turpia cœpit, et omnia plena pudore;  
 Tunc mihi verbera, tunc gregis impia damna mi

[natus,

honorifice parentavit, et quem in Ecclesia S. Petri  
 de Cultura sepelivit.

(8) Id est inflata seu superba.

Clausit euntibus et redeuntibus arte meatus ;  
 1328 Scilicet atria qua pecori via sola patebat,  
 Jam gregibus dominoque cibus sic deficiebat.  
 Quid facerem ? Quid me sinerem pecudesque perire ?  
 Grandis inedia divitis atria cogit adire  
 Nam scio vendere quam male perdere tutius esse.  
 Tunc facie mihi quod ratio probat esse necesse.  
 Vendo quidem sibi, quandoquidem prohibet reti-  
 [nere  
 Mereor apes quibus ille dapes nequeat prohibere,  
 Has quoque dum videt invidus invidet, utque necari  
 Possit in ortis pocula mortis sparsit amara.  
 Mans sequenti sole recenti fracta labore  
 Atria cerea linquit apes mea mellis amore.  
 Rex ut sat dignum, properat prior ad loca nota ;  
 Inde duces, heu ! non reduces, nunc curia tota.  
 Ut fuerant solitæ redeunt non absque canoro,  
 Utque solo re-ident, solo moriuntur odore.  
 Qualia corpora, qualia pectora tunc abiere !  
 Agnina fortis, proh dolor ! omnia procubuere ;  
 Pluria corpore, maxima pectore, terrica moles.  
 Quid tibi parvula facit apecula cœliæ proles ?  
 Sic bove, sic ape, sic et dapes me spoliavit ;  
 Vos quoque lædere juraque spernere non dubitavit.  
 Quid faciam miser ? An fugiam ? Si fugero, victum  
 Non habeo, neque si maneo, panem vel amictum.  
 Ha ! miseri patris pueri, vos quid facietis ?  
 Sæpius interius mihi corda dolore movetis.  
 Non teneris etiam laceris dat frustula panis  
 Mater anus, vacuaque manus, stupet alius [f. alvos]  
 [inanis.  
 Sed ego miser hæc retego, nil ille movetur.  
 Plus doleo, plus damna fero, plus lætus habetur.  
 Vos igitur quid nunc agitur ne spernite, quæso,  
 Judicioque pio misero succurrite læso.  
 Namque superbia divitis impia ni teneatur,  
 Dicere turpia, vel magis impia non vereatur.  
 Non noceat mihi quod doleat me pauper amari :  
 Imo fleat quod non videat se hac parte bari.  
 Non pretio vos allicio, sed amore paravi,  
 Obsequioque pio retinendos esse putavi :  
 Nam scitis quoniam meritis retinentur amici  
 Hique javandi sunt et amandi non inimici,  
 Exterius velut interius sit lumine cæcus :  
 Sic inimicis sicut amicis qui manet æquus  
 Paupere fortior atque potentior ipse quidem sum,  
 Non ego noxius, aut magis impius inde tamen sum. D  
 Imposuit mihi quod voluit per me periisse ;  
 Dixit apes, armenta, dapes, ait eripuisse :  
 Eripuissem si voluissem, sed nec ademi ;  
 Ære dato, pactoque rato mihi vendidit, emi.  
 Jure meo nihil possideo, nolite tacere.  
 Æs habuit, res emptæ fuit, quis debet habere  
 Hæc modo gratia quod pecori via nostra patebat,  
 Et quod in atria pluria turpia grex faciebat.  
 Prætereo quod flore meo mel apes faciebat,  
 Intima lilia, pabula mitia ferre solebat,  
 Postea cerea, donaque mellea conficiebat.  
 Non vitem, non humum ditem piger ille colebat ;

A Non ager hordea, nec sibi vinea vina ferebat.  
 Ilinc merito, non enim dubito, miser esuriebat,  
 Ac reproborum more proborum lucra dolebat.  
 Præcipue mea trista ferens ea quando videbat.  
 Cur habui pecudes docui quod apes periere.  
 Denique mortis si quis in hortis semina sparsit,  
 Cur mihi verbum pauper acerbum fatus inarsit ?  
 Sunt mihi lilia, prata, rosaria, fructus, et arbor  
 Omnia vendere, singula perdere nonne velabor ?  
 Sunt mihi gramina, nescio nomina, res mihi mille,  
 1329 Quæ super omnia spargere noxia curve vo-  
 [tet ille ?  
 In mea pascua venit apes sua, quam prohibere  
 Si potuit, cur non voluit sua damna cavere ?  
 Sed video quod vos adeo lacrymosus adorat,  
 Damna meo quocunque modo reparare laborat,  
 B Dum loquitur, dum conqueritur, dum verba co-  
 [lorat  
 Ex odio nostro nimio facundus adorat.  
 Ergo licentia pauperis impia ni teneatur,  
 Turpia dicere, falsaque fingere non vereatur.  
 L. Versus Cynomannensis episcopi de Nummo seu sa-  
 tyra adversus avaritiam.  
 (B ms. Elnonensi olim, nunc Regio, n. 274.)  
 Destituet terras decus orbis, gloria rerum,  
 Virtus, mortali dicta negare mori.  
 Non hunc in quoquam spondet flos indolis unquam,  
 Scis nihil ? est pietas ? nominis umbra fides.  
 Si cœlum staret, si sol lucere negaret,  
 Si nix fereret, frigida flamma foret,  
 Non sic pallerem, non sic mirando stuperam,  
 C Quam si nunc usquam quemque piæ videam.  
 Femina quod vitulum generavit, vacca quod agnum,  
 Quod vulpes [f. vulpis] quondam filia suxit  
 [equum,  
 Tunc enarranti non demeruit magis credi,  
 Quam si nunc aliquem dicis habere fidem.  
 Vivit quisque sibi nunc temporis : una voluntas  
 Pectore diverso nescit habere locum.  
 Quærit quisque suum, sibi soli solus amicus ;  
 Non existit onus quem gravet alterius.  
 Cum fueris felix, multo stiparis amico ;  
 Prospera mutantur, respice, solus eris.  
 Quos præsens jungit, fugiens fortuna resolvit,  
 Testans in pretio se fore, non homines.  
 Assecla fortunæ præludit callidus hamum ;  
 D Morsus apis solvit, quos mel habet socios.  
 Non est ex alio qui vere dicere possit :  
 Hic meus, alter ego, mens sumus una duo.  
 Desperet quæquam quod posthac non erit usquam  
 Qui tibi, tu nulli ; qui sibi, nemo tibi.  
 Postquam cana fides, quod ubique vigeat abhorens,  
 Deseruit mundum, cum pietate nefas.  
 Vix impressa sui vestigia liquerat uni  
 Soli si fuerat : sed puto nullus erat.  
 Amplectendo fidem, cunctis dans alter eidem,  
 Unus nullorum, non sum esse [f. non sinit esse]  
 [suum.  
 Instar avis [sc. Icarus] raræ spectandus, in aere  
 [pennas

Dum librat, ut perhibent, naufragio perit.  
 Quos tu nunc audis in climate quolibet orbis  
 Dulcis amicitiae par generare novum?  
 Quis fratri frater nunc est? Pylades quod Oresti?  
 Quis cuiquam Theseus? quod, Pirithoe, tibi?  
 Nil Telamon voluit, nisi quod secum Meleager  
 Quae, Patrocle, tui mens, et Achillis erat.  
 Quos etenim emissos orcus si redderet orbi,  
 Discors, aut nullus esset utriusque suus.  
 Si redeat vitae Polinices, non sibi quisquam  
 Quem Thebas mittat, Thideus [*f.* Theseus] alter  
 [erit  
 Nunc nunc aetatis vivi moriuntur amicis;  
 Dofunctus Scipio vixit adhuc Lelio.  
 Teste polo, Pollux partitur vivere fratri;  
 Fratibus en multi, quod tibi Remus, tuus  
 Flumine Phætontis successerat umbra sororum;  
 Nunc multae fratrum morte lares vacuant.  
 Plauserat Alceste pro conjuge fata mereri;  
 Plures ecce viro quod Clitemnestra suo.  
 Nae sine se natus mare cum nato subit uno;  
 Nunc multae natis quod sua mater....  
 Ejus qui patrem per mille pericula collo  
 1330 Impositum, soli tunc metuens oneri,  
 Morti subduxit; simili sub laude subivit  
 Lausus [*f.* plausus], ovans gladium pro patre  
 [fulmineum.  
 Hi meruisse mori se patre superstite gaudent;  
 Quosdam nunc aetas longa patrum cruciat,  
 Naturale sacrum par ipsi dico parentes,  
 Quod fuerint natis materies sceleris.  
 Certi sunt testes in se Pharnax et Orestes;  
 Hic miseræ matri lethifer, ille patri.  
 Pectoris humani fraus ficta domestica vincens  
 Ipsam naturam, surgit in omni nefas.  
 Hæc ignem cinerum subdens, aconitaque melli,  
 Secum luxus iners factus, et alta tumens.  
 Fas odii furor excedens, spinosa similtas;  
 Heu! sibi divinum subdiderunt hominem  
 Cujus nunc mentem, dic, non juvat esse nocentem?  
 Quis non volvat homo quodque nefas animo?  
 Non tot nox stellae, tot habet maris unda procellas  
 Non tot grana seges, crimina quot species.  
 Servit avaritiae sed in hoc ævo scelus omne;  
 Incestat [*f.* infestat] mundum nunc furiale lu-  
 [crum  
 Hæc fas atque nefas confundens, sacra profanis  
 Miscet non curans unde, sed ut rapiat.  
 Fulminis otior igne, ruens per tela, per ignes,  
 Omne quod occurrit dira Celeno (9) rapit.  
 Plus acquirenti sitis incandescit cupienti,  
 Hydrops exhaustis ut magis ardet aquis.  
 Illis potando, sitis huic ignescit habendo:  
 Sanando morbus crescit utriusque suus.  
 Turbine tam piceo candens non aestuat unda.  
 Fumat ut igne lucri pectus, avare, tuum.  
 Quos morsu lædit [sic] torrida d. psas adurit,

(9) Nomen unius harpiæ.

A Tantam siccitatem afficiendo siti.  
 Hoc ardore minor sit haustus quilibet humor,  
 Nec tam candentis sit medicina sitis.  
 Sed genus hoc pestis, novus hic ardor sitientis,  
 Corpus siccati morte necat celerem.  
 Finis et huic morbo suus instat corpore necto,  
 Qui vivum nocuit, nil nocet exanimi.  
 At suavis menti, suavis cui provida carni,  
 Quos vivos torret, suave cupido fovet.  
 Cum vero terræ sua reddiderit caro sese,  
 Ecce cupido rogi materies Stygii.  
 Post finem, sine fine dabit flammam tibi demum  
 [*f.* dæmon.]  
 Hicque non [*f.* Isque non] animo sufficiens anima.  
 Candescat in cupido, cum sis Stygis esca cupido;  
 Dicam nil tali siccius igne sitis.  
 B O patuli rictus nunquam satiabile monstrum,  
 Semper hiando vorans, semper ut addat hians!  
 Influat hoc barathrum mundus quod possidet aurum,  
 Harpiæ talis ingluvies sitiet.  
 Hunc auribulum Pactolus et Hermus inundant,  
 Incandescit aquis Tantalus in mediis.  
 Exstinxit flammam ardens Vesuvius, ut aiunt,  
 Extingui nescit ignis avaritiam.  
 Aurum quæ tangit lacies nuda talis egabit,  
 Non minus hoc quod habet, quam quod habere cupit.  
 Sed quem tam pleno perfundit copia cornu,  
 Te nudum trita posce tegat tunica.  
 Huic supplex iusta qua mollires proce saxa,  
 Os rapies sicca face lupi citius.  
 C Sic virtus abiit, terras Aetnae reliquit,  
 Terga dedit pietas, dando locum sceleri.  
 Jus, fas, majestas regni, curule, tribunal,  
 Nummo cesserunt; omnia solus erit.  
 Publica spes nummus; nunc rege potentior erit  
 Extollit præsens, dejicit aufugiens.  
 Nummus nobilitas, nummus sapientia, quæ nunc  
 Præterens superat; pauper ibique jacet.  
 Qui florere cupis, nummo stipa latus; ipse  
 Te sublimabit, quæque cupita ferens.  
 1331 Sceptryger est crescens ex omni crimine  
 [nummus;  
 Omnia virtutis præmia solus habet.  
 Si præter nummum te spes animat bona rerum,  
 Spem cassam pascis; plus et Oreste furis.  
 Si via virtutis spondet tibi culmen honoris,  
 D Pendulus in buculo fidis arundineo.  
 Si Pegaso fultus centum superando chimeras,  
 In cinerem dederis, nil modo pauper eris.  
 Quem prius illustrem bis sex fecere labores,  
 Passum mille quidem nunc legerent inopem.  
 Omnis inops inglorius, etsi dignius ipsa  
 Præsens hunc virtus sublevet in manibus.  
 Piscis aquæ, mel api debetur, vitibus uva,  
 Caseus et lacti; gloria, numme, tibi.  
 Umbra, jubar solis, nummi jubar, umbra decorem  
 Assequitur: non sit nummus, et umbra perit.

Solus nunc nummus virtutis habetur alumnus,  
 Solus diligitur, solus adhuc colitur.  
 Stipatur multo tua curia, nummo, senato;  
 Incurvare genu quem pudet, alme, tibi!  
 Si nummi nondum templi surrexerit ara,  
 Divina colitur religione tamen.  
 Si non per nummum juratur, quis tamen horret  
 Nunc causa nummi sacrilegus fieri?  
 Olim philosophi fuerat lucra spernere nummum:  
 Nunc nisi nummatus Plato foret fatuus  
 Thebanus Crates amor hunc cum philosophandi  
 Cogeret, exutum corporis illecebras,  
 Optaret doctas ut adire docendus Athenas,  
 Ipsa rite prius re sibi philosophus,  
 Navigio secum prudens homo vexerat aurum,  
 Quod [f. Quo] sibi quidquid erat hac vice vendi-  
 [derat.]  
 Cum duce jam vento puppis raperetur in alto,  
 Aurum quod duxit fluctibus imposuit:  
 En, dicens, imum pete dira cupido profundum;  
 Ne male me mergas, te bene mergo prior.  
 Diogenes lecto positus cum membra quieti,  
 Saccis nummorum suppositis capiti  
 Audiret furem nummorum spe fodientem,  
 Mox huic projectis quos habuit oculis:  
 Nummos quos quæris compos, sit, accipe, mentis  
 Hac ut me cura sollicitum relevas,  
 Ut nostrum certe requiescere possit uterque,  
 Tu quos quæris habens, his ego non metuens  
 Græcus Aristippus grave cum servos onus auri  
 Cogeret in Lybia tardius ire viam,  
 Indignans auri jubet illos fasce levari.  
 Et medio trivii tale nefas abjici.  
 His se philosophos aurum calcando probabant  
 Est sine consilio nunc vacuus loculo.  
 Nunc contemplari nummos et philosophari,  
 Nemo carens pretio, nunc manet in pretio.  
 Instar cui dandæ fuerant tibi, Musica, formæ  
 Ictus fabriles Pythagoras sapiens,  
 Esset malleolo nunc vilior arte rejecto;  
 Si nihil in oculis; nunc locus est Mathesis.  
 Quid nunc ars Abaci, pars quæ vilissima calci?  
 Nunc usura vorax calculat ipsa sibi.  
 Creditor ecce refert Abacista promptior omni,  
 Quid redeat lucri quoque die capiti,  
 Concluendo sibi facili sophismate falsum,  
 Nunc daret elinguem nummus Aristotelem.  
 Os quod sis nummi, te, facundissime Tulli,  
 Causas acceptæ spingis agens docuit.  
 Quolibet in stulto nunc, nummo, fluis sale multo,  
 Delirat tantum pauperis ingenium.  
 Causidico pereat qui linguam nummus inaret,  
 Os torrens vena pauperiore fluet.  
 Gorgona præsentans in pectore, non sine nummo  
 Desiperet, quamvis vertice nata Jovis.  
 Quisquis agens vincet, si causam nummus ho-  
 [nestet,

A *Justitiæ soli fasces ager fatui.*  
 Stent leges tecum, pro te causetur hono-  
 [atum,  
 Vincere si possis [f. possis], jus trahere de oculis.  
 Causa reum damnet, proseribat iudicis ira,  
 Cervix innexo palpiet et laqueo,  
 Fac mediatorem nummum citus alta [f. acta, re-  
 [solvat  
 Ipsa fauce reum mox necis eripiens.  
 Ipsum se prætor falsum dictasse notabit,  
 Neo solvite reum flet at inde pudor.  
 LI. *De partu B. Virginis.*  
 (E ms. Eccles. S. Galiani Turonensis et Ebroici-  
 censi, et aliis multis.  
 Sol crystallus, aquæ dant qualemcunque figuram  
 Virginei partus, ædificantque fidem.  
 Si tinguatur aquis, et soli subiciatur,  
 Scintillas præfert integer ille lapis.  
 Si bene cuncta notes, aqua, sol, crystallus, et ignis  
 Sunt, Flamen, Verbum, Virgo, Deusque puer.  
 Flamen aquæ, Verbum soli, Virguncula gemmæ,  
 Stirps igni quadam conditione coit.  
 Flamen aqua est, quia lavit eam; Verbumque su-  
 [pernum  
 Sol, quia non violat, sed tamen intrat eam.  
 Virgo lapis, quia Virgo parit; Puer unicus, ignis;  
 Nam virtute micat, lumine corda replet.  
 Sic umbra Flamen, ingressu cœlibe Verbum  
 Virgo flet, soboles carne Deoque simul.  
 Conficiunt cataplasma novum, quo vita sepultis,  
 Virtute et mente moribus ordo redit,  
 C [(10) Hoc aperit tumulos, hoc agmina sacra re-  
 [fondit,  
 Hoc supplet casum terra, gehenna, polus.  
 Ad cœlos hinc subsilient, cujus ossa, medullæ  
 Hoc enimam carni reddet, utrique Deum.]  
 LII. *Cur Deus homo.*  
 Adæ peccatum quæ conveniens aboleret  
 Victima? Nunquid homo? Sed et hic reus unde  
 [placere?  
 Angelus? an fruges? an vacca? Sed hostia talis  
 Natura dispar, pretio minor esset inania.  
 Hæc eadem quæ displicuit natura placere  
 Debuit, atque aliquid quod pacificaret habere.  
 Ergo fuit quærendus homo, qui præter idipsum  
 Quod puri est hominis, quidam foret unde placeret.  
 D Unctur carni Deus, et natura redemptrix  
 Par homini, quia verus homo, sed dignior ortu,  
 Dissimilis culpa, Deitate potentior idem;  
 Quem quia non genuit ex lapsu nata voluptas,  
 Justus pro lapsis agit occisusque perorat.  
 Hostia sufficiens, quæ cœlos cive replevit,  
 Qua furor offensus cecidit, qua gratia crevit.  
 Antidotum felix, quo vulnera nostra coherent;  
 Angelus exultat, homo gaudet, tartara mœrent.  
 LIII. *De tribus partibus corporis Christi.*  
 Signant tres partes de Christi corpore, prima

(10) In ms. Elnonensi, sive Regio 274, hi quatuor versus subsequuntur, qui desunt in plerisque.

Ipsius carnem, sanctosque secunda sepultos;  
Aut defunctorum purgatos prima, secunda  
Qui purgantur adhuc; viventes tertia. Sanguis  
Martyrii pars est. In sanguine tertia tineta,  
Martyrii calicem gustant in carne fideles.

LIV. *Ad G. episcopum* (11).

Ad decus Ecclesiae cum te natura crearet,  
Sis expers vitii, cætera, dixit, habe.  
Sio piger ad vetitum, celer ad concessa creatus,  
Præter virtutem nil sis esse tibi.

LV. *De Virgine Maria.*

Lacto Creatorem, salvum mihi crede pudorem.  
Res nova: Virgo parens, et caro patre carens.

LVI. *Super crucem.*

Cruz finis legis, via vitæ, passio Regis,  
Cui dedit interitum gratia, non meritum.

LVII. *Ad episcopum Bajocensem* (12)

Annulus hic nuper mœrebat clausus in arca,  
Obscurusque lapis et quasi tristis erat.  
At postquam dixi: Bajocas ibis, erisque  
Majoris digitum præsulis orbe ligans.

Lætior explicuit radios, sparsitque serenas  
Gemma faces, oculis exhilarata tuæ.

Hoc ex te Domino pretium lucratur, adestque  
Plus lapidi præsul, quam lapis ipse sibi.

LVIII. *Unde malum.*

(E ms. etiam Colbertino, n. 6327, Ebr. 49, et aliis.)  
Quid petis unde malum, cum sint bona cuncta creata?  
Defectu proprio sunt mala quæ mala sunt.  
Cum radix vitio careat, vitium tamen ex se  
Et per se citius dulcia poma trahunt.

LIX. *Ad nepotem.*

Forma vivendi præsto est tibi. Pauca loquaris,  
Plurimam fac sit utrisque comes modus, utile, re-  
[ctum:

Sobrius a mensis, a lecto surge pudicus.  
Obsequiis instes, eo pro te præmia poscant.  
Ut decet et prodest et amabis et oderis idem.  
Stans cæsum timeas, speres prostratus, et illum  
Quem colis insignem, miserum, abjectumque tuere

LX. *Ad Odonem* (13).

Moribus, arte, fide cælesti pectore dignus  
Cum superes alios, desipis Odo tamen.  
Credis enim populum versus amare disertos,  
Teque placere putas moribus, arte, fide.  
Motibus his quondam sacri placuere poetæ,  
Ingeniumque dedit prædia, nomen, opes  
Nunc aliud tempus, alii pro tempore mores;  
Nunc odium virtus, sceptrum merentur opes.  
Nil artes, nil pura fides, nil gloria linguæ,

(11) Forte Gualonem tunc Parisiensem episcopum.

(12) Foris Odonem, fratrem Guillelmi Conquestoris, Normanniæ ducis et regis Angliæ. Hoc autem epigramma edidit Hildebertus antequam esset episcopus; siquidem Odo hic obiisse fertur in Gall. Christ. an 1096. Hildebertus autem anno tantum 1097 consecratus est episcopus.

(13) Probabile est hunc Odonem non alium fuisse quam Odonem, sive Othonem, qui ex discipulo S. Hugonis abbatis Cluniacensis, et ejus monacho,

A Nil fons ingenii, nil probitas sine re.  
Nullus inops sapiens; ibi res, ibi copia sensus.  
Res sapiunt, pauper nil nisi pauper erit.  
Nec jam divitibus tollunt sua crimina nomen  
Sed quod lex damnat gratia solvit opum.  
Hinc est quod populus aurum quasi numen adorans  
Audet in ignotum sponte venire nefas  
Spe lucri toties excedere jus et honestum  
Sustinet, et gratis jam juris esse ritum.

LXXXIV Jus ruit, ordo perit, scelere placet ora ma-  
[nusque

Vendere, quamque inopem tam pudet esse probum.  
Non igitur mirum si quisquam pravus et excors  
Divinos vates nullius esse putat.

Quem comitantur opes sapientia vera relinquit.  
Semper mobilibus incomitata bonis.

B

LXI. *De lapsu mundi.*

Non bene discernis, qui præfers ima supernis  
Nec satis est tecum qui rebus subicis æquum.  
Quippe quid argentum? quid forma? quid ordo  
[clientum?

Quid celebres fundi? Festum breve gloria mundi.  
Nulla fides ejus, hodie male eras ibi pejus.  
Expedit hoc uti, sed non præferre salutem.

LXII. *Ad M. reginam* (14.)

(E pluribus mss.)

Augustis patribus augustior orta Mathildis,  
Quaslibet in laudes ora diserta vocas.  
Sed frustra, quia nemo tibi præconia solvet.  
Quæ genus, et mores, et bona forma petit.

C

Una loqui te lingua potest, quæ laudis opimæ  
Materiam linguis omnibus una paras.  
In vultu regina tuo est, redoletque Sabinam  
Non levis incessus, nec datus arte decor.  
Non mores doctrina sacros non virgo pudorem  
Præterit; ex proavis fluxit utrumque bonum.  
Cuncta tuæ genitricis habes, quæ clausa sepulcro  
Illustrat meritis Anglica regna suis.  
Neve simul caderet muliebris gloria sexus,  
Te peperit partu tota renata tuo.

Collaterata Deo quam sit nihil omne relictum  
Cernit, quam si inops illa regna tenens.

Hanc sibi securam de te curare, suumque  
Taliter auctorem sollicitare reor;

Nondum me totam cælesti sede recepi,

D

Magne Deus, requie semibeata fruor;  
Pars jacet in tumulo, pars Anglica regna gubernat,  
Divisamque tenent aula, sepulcra, polus.  
Quam tenet aula juva; quam clausa sepulcra, reforma,

demum priore Cluniacensi, in summum pontificem assumptus, dictus est Urbanus secundus, cum quo, dum esset Hildeberti sub S. Hugone condiscipulus, familiariter agebat eique quid de mundi corruptelis, et præcipue de bonarum litterarum vulgari contemptu sentiret, quasi confratri et convictori, familiariter his versibus aperiret: Vide Chron. Cluniacense in S. Hugone, Biblioth. Cluniacensis, pag. 1641, col. 1.

(14) Scilicet Mathildem Henrici regis Angliæ filiam.

Quam polus, exaudi, sisque corona tribus.

LXIII. *De Roma.*

(E pluribus mss.)

Par tibi, Roma, nihil, cum sis prope tota ruina.

Quam magni fueris integra, fracta doces.

Longa tuos fastus ætas destruxit, et arces

Cæsaris, et superum templa palude jacent.

Ille labor, labor ille ruit, quo dirus Araxes

Et stantem tremuit, et diruisse dolet.

Quem gladii regum, quem provida jura senatus.

Quem superi rerum constituere caput ;

Quem magis oplavit cum scelere solus habere

Cæsar, quam socius, et pius esse socer.

[(15) Qui crescens studiis tribus, hostes, crimen,  
[amicos,

Vi domuit, secuit legibus, emit ope].

In quem dum fieret vigilavit cura priorum,

**1335** Juvit opus pietas, hospitis unda locum.

Expendere duces thesauros, fata favorem,

Artifices studium, totus et orbis opes.

Proh dolor ! urbs cecidit, cujus dum specto ruinas,

Penso statum, solitus dicere: Roma fuit

Non tamen annorum series non flamma, nec ensis

Ad plenum potuit hoc abolere decus.

Tantum restat adhuc, tantum ruit, ut neque pars  
[stans (16.)

Æquari possit, diruta nec refici.

Confer opes, ebur et marmor, superumque favorem.

Artificium vigilent in nova facta manus.

Non tamen aut fieri par stanti (17) fabrica muro,

Aut restaurari sola ruina potest.

Cura hominum potuit tantam componere Romam, C

Quantam non potuit solvere cura deum.

Hic superum formas superi mirantur et ipsi,

Et cupiunt fictis vultibus esse pares.

Non potuit natura deos hoc ore creare

Quo miranda deum signa creavit homo.

Vultus adest his numinibus, potiusque coluntur

Artificum studio, quam deitate sua.

Urbs felix, si vel dominis urbe illa caret,

Vel dominis esset turpe carere lide.

LXIV. *Item idem de Roma.*

Dum simulacra mihi, dum numina vana placerent.

Militia, populo, mœnibus alta fui ;

At simul effigies arasque supersticiosas

Dejiciens, uni sum famulata Deo,

Cesserunt arces, cecidit palatia divum,

Servivit populus, degeneravit eques.

Vix scio quæ fuerim, vix Romæ Roma recordor,

Vix sinit occasus, vel meminisse mei.

Gratior hæc jactura mihi successibus illis.

Major sum pauper divite, stante jacens :

Plus aquilis vexilla crucis, plus Cæsare Petrus,

Plus cinctis ducibus vulgus inerme dedit.

Stans domui terras, infernum diruta pulso

Corpora stans, animas fracta jacensque rego

(15) Hi duo versus hic interseruntur apud Ho-  
meyum.

(16) Al. *præstans*, sed melius *pars stans*.

A Tunc miseræ plebi, modo principibus tenebrarum  
Impero ; tunc urbes, nunc mea regna polus.

Quod ne Cæsaribus videar debere, vel armis,

Et species rerum meque meosque trahat,

Armorum vis illa perit, ruit alta senatus

Gloria, procumbunt templa, theatra jacent.

Rostra vacant, edicta silent, sua præmia desunt

Emeritis, populo jura, colonus agris.

Durus eques, judex rigidus, plebs libera quondam

Quærit, amat, patitur, otia, lucra, jugum.

Ista jacent, ne forte meum spem ponat in illis

Civis, et evacuet æpemque bonumque crucis.

Cruce ædes alias, alios promisit honores,

Militibus tribuens regna superna suis.

Sub cruce rex ærvi, sed liber lege tenetur ;

Sed [f. et] diadema gerens jussa tremuit, sed amat.

B Fundit avarus opes, sed abundat ; fenerat idem,

Sed bene custodit, sed super astra locans.

Quis gladio Cæsar ? qui sollicitudine consul ?

Quis rhetor lingua ? quis mea castra manu

Tanta dedere mihi ? Studiis et legibus horum

Obtinui terras, cruce dedit una polum.

LXV. *De virgibus variantibus Jacob.*

Ut major fructus cumulet sua præmia, virgas

Ordinat ante greges providus ecce Jacob

Partim nudat eas sublato cortice, partim

**1336** Corticis indutas veste relinquit eas.

Ut majora metas in Christo gaudia, rectis

Scripturæ verbis instrue, pastor, oves.

Non est mysterii candor quærendus in illis,

Non gaudent solo cortice vela foris.

Intimus est candor instructio mystica, cortex.

Exterior dici littera sola potest.

LXVI. *De peccato originali.*

Tot siderum [f. scelerum] mortis totus prope subdi-  
[tur orbis,

Ut lue sit vacuus nec puer exiguus.

Quæ mala serpenti debeatur, eumque regenti

Mandare qui monuit quod Dominus vetuit.

Ex illo dirus satagit draco fundere virus,

Quæ bona sunt removens, quæ scelerosa fovens.

LXVII. *Nomina septem sapientum.*

(E Gemmetio.)

Pittacus Militenus, Salon Atheniensis, Plimon Spar-

tacus, Clodolus Laccius, Thales Milesius, Periander

Corinthus, Bias Pleneus.

D

LXVIII. *Sententiæ ipsorum (18).*

Quænam summa boni ? quæ mens sibi conscia recti. P.

Pernicies homini, quæ maxima ? solus homo alter. S.

Quis dives ? qui nihil cupiet. Quis pauper ? avarus. P.

Quæ dos matronis pulcherrima ? vita pudica. C.

Quæ casta est ? de qua mentiri fama veretur. T.

Quod prudentis opus ? cum possit, nolle nocere. P.

Quid stulti proprium ? non posse, et velle nocere. B.

(17) Al. *tanto*, sed melius *stanti*.

(18) Litteræ capitales his versibus appositæ desunt  
in ms. 77.

LXIX. *Quot modis tentamur vitio gulæ.*

(E Gemmeticensibus.)

Est notum quod quinque modis gula damnata edacem.  
 Cum comedit nimis, aut comedendi prævenit horam;  
 Cum nimio desiderio cupit, et capit, escas,  
 Cum vel delicias quærit, vel deliciose  
 Preparat hæc etiam quod non est deliciosum.  
 Ut discernantur magis hæc, exempla sequuntur  
 Causa fuit Sodomæ peccanti panis abundans  
 Jejuna populus, Jonathas jejunia solvit.  
 Esuriens Esau cupit escam, vendit honorem.  
 Magna datur. Carnes plebs deliciose requirit.  
 De sacro crudum puer Orni postulat armum,  
 Sic ad velle suum stodiöse preparat illum (19).

1337 LXX. *Disputatio inter pontificem Romanum,  
 et Ulgerium Andegavensem episcopum  
 (E ms. S. Gatiani Turonensis et aliis.)*

AND.

Nescit amore regi, neque justitiæ, neque legi,  
 Nec Domino paret qui ratione caret.  
 His plenus morbis Nero noster, erat pavor orbis;  
 Sed formica leo sit tribuente Deo.

ROM.

Hoc ego, Roma, queo, sed cerno deesse trophæo;

LXXI. *Oratio devotissima ad tres  
 personas sanctissimæ Trinitatis.  
 (Ex eodem ms. Ebr. Edita apud  
 Usserium. lib. De symbolis, et  
 in Supplem. R. P. Homeyi et  
 pluribus mss.)*

Ad Patrem.

Alpha et Ω, magne Deus (20),  
 Heli, heli, Deus meus,  
 Cujus virtus totum posse,  
 Cujus sensus totum nosse,  
 Cujus esse summum bonum,  
 Cujus opus quidquid bonum.  
 Super cuncta, subter cuncta;  
 Extra cuncta, intra cuncta.  
 Intra cuncta, nec inclusus;  
 Extra cuncta, nec exclusus;  
 Super cuncta nec elatus;  
 Subter cuncta, nec substratus.  
 Super totus, præsidendo;  
 Subter totus, sustinendo;  
 Extra totus, complectendo;  
 Intra totus es, implendo.  
 Intra nunquam coarctaris,  
 Extra nunquam dilataris,  
 Super nullo sustentaris,  
 Subter nullo fatigaris.  
 Mundum movens non moveris,  
 Locum tenens non teneris,  
 Tempus mutans non mutaris,  
 Vaga firmans non vagaris.  
 Vis externa (21), vel necesse  
 Non alternat tuum esse,  
 Heri nostrum, eras et pridem,  
 Semper tibi nunc et idem.  
 Tuum, Deus, hodiernum,  
 Indivisum, sempiternum:  
 1338 In hoc totum prævidisti,  
 Totum simul præfecisti,  
 Ad exemplar summæ mentis,

(19) Subsequitur in edit. d. Benugondre versus,  
*Quid Magorum munera significant: qui quidem jam  
 dantur col. 4275 ejusdem editionis.*

(20) Reg. 4103, et Victor. *Deus meus.*

(21) Homeyus alterna.

Formam præstans elementis.

*Oratio ad Filium.*

Nate, Patri cœqualis  
 Patri consubstantialis,  
 Patris splendor et figura,  
 Factor factus creatura,  
 Carnem nostram induisti,  
 Causam nostram suscepisti:  
 Sempiternus, temporalis;  
 Mortuus, immortalis;  
 Verus homo, verus Deus;  
 Impermixtus homo Deus.  
 Non conversus hic in carnem,  
 Nec minutus (22) propter carnem;  
 Hic assumptus est in Deum.  
 Nec consumptus propter Deum;  
 Patri compar Deitate,  
 Minor carnis veritate.  
 Deus pater tantum Dei,  
 Virgo Mater est et d. Dei (23).  
 In tam nova ligatura  
 Sic utraque stat natura,  
 Ut conservet quidquid erat,  
 Facta quiddam quod non erat:  
 Noster iste mediator,  
 Iste noster legis dator (24)  
 Circumcisus, baptizatus,  
 Crucifixus, tumulatus  
 Obdormivit et descendit,  
 Resurrexit et ascendit.  
 Sic ad cælos elevatus  
 Judicabit judicatus.

*Oratio ad Spiritum sanctum.*

Paracletus increatus,  
 Neque factus, neque natus,  
 Patri concors, genitoque  
 Sic procedit ab utroque  
 Ne sit minor potestate,  
 Vel discretus qualitate.

A Mecum namque meum nolo manere reum.  
 Ergo volo cedit, sua vel mora quid velit edat,  
 Nolo peniteat, sed procul hinc abeat.

EPISC.

Si bene tu sceres, nisi tu ratione careres,  
 Non foret in vitio quam teneo ratio.  
 Est mora magnus honor, tibi, Roma, resistere conor:  
 Nondum poniteo, te nec adhuc timeo.  
 Nostram papa moram dissolvit mortis ad horam;  
 Me reddent patriæ præsulis exsequia.

ROM.

Alter ponetur dum vivit, dumque sequetur;  
 Sed nil tu facies, nilque lucri capies.

EPISC.

Quamvis præsentem credat, vitæque fruente  
 B Postquam deficiet, nil per eum faciet.

CONCIL.

Proscribum? reus est: talem proscribere jus est,  
 Sed non virtus est pellere qui vetus est.

JUDIC.

Mitra privetur, jus et decus esse videtur,  
 In factis juvenem sic reprobare sene

Quanti illi, tantus iste:  
 Quales illi, talis iste.  
 Pater alter sed gignendo;  
 Natus alter, sed nascendo,  
 Flamen ab his procedendo,  
 Tres sunt unum subsistendo.  
 Quisque trium plenus Deus,  
 Non tres tamen dii, sed Deus.

In hoc Deo, Deo vero  
 Tres et unum assevero  
 Dans Usu unitatem,  
 Et personis Trinitatem.  
 In personis nulla prior,  
 Unaquæque semper ipsa,  
 Nulla minor, nulla major:  
 Sic est constans atque fixa,  
 Ut nec in se varietur,  
 Nec in ulla transmutetur.  
 Hæc est fides orthodoxa,  
 Non hic error sine noxa.  
 Sicut dico, sic et credo,  
 1339 Nec in pravam partem cedo.

Inde venit, bone Deus,  
 Ne desperem quamvis reus:  
 Reus mortis non despero,  
 Sed in morte vitam quero.  
 Quo te placem nil prætendo  
 Nisi fidem quam defendo (25).  
 Fidem vides, hanc imploro  
 Leva fascem quo laboro.  
 Per hoc sacrum cataplasma  
 Convalescat ægrum plasma  
 Extra portam jam delatum,  
 Jam fetentem, tumulatum.  
 Vitta ligat, lapis urget,  
 Sed si jubes, hic r. surget.  
 Jube, lapis revolvetur,  
 Jube, vita dirumpetur.  
 Exiturus nescit moras,  
 Postquam clamas: Exi foras.

(22) Reg. 4103, et Vict. 72, *assumptus.*(23) *Idem Virgo Mater sed et Dei.*(24) *Hom. legislator.*(25) Reg. et Vict. *ostendo.*



Hoc salo mea ratis  
 statur a piratis :  
 c assultus, inde fluctus,  
 c et inde mors et luctus ;  
 tu, bone nauta, veni,  
 me ventos, mare leni ;  
 abscedant hi pyratæ.  
 ad portum salva rate.  
 cunda mea fucus,  
 us ramus ramus siccus  
 detur, incendetur  
 romulgas quod meretur ;  
 hoc anno dimittatur,  
 coretur sodiatur ;  
 id si necdum respondebit,  
 ne hoc loquor, tunc ardebit.  
 us hostis in me furit,  
 us mersat, flammis urit,  
 e languens et afflictus  
 i soli sum relictus  
 nfirmus (26) convalescat,  
 sic hostis evanescat.  
 virtutem jejunandi  
 infirmo, des orandi.  
 hæc duo, Christo teste.  
 erabor ab hac peste ;  
 hac peste solvo mentem,  
 devotum, pœnitentem  
 timorem quo projecto  
 salute, nil conjecto ;  
 Idem, spem, charitatem ;

Da discretam pietatem ;  
 Da contemptum terræ horum,  
 Appetitum supernorum.  
 Totum, Deus, in te spero ;  
 Deus, ex te totum quæro.  
 Tu laus mea, meum bonum,  
 Mea cuncta, tuum donum ;  
 Tu solamen in labore,  
 Medicamen in languore  
 Tu in luctu mea lyra ;  
 Tu lenimen es in ira ;  
 Tu in arcto liberator,  
 Tu in lapsu revelator.  
 Motum (27) præstas in propectu,  
 Spem conservas in defectu.  
 Si quis lædit, tu rependis ;  
 Si minatur, tu defendis.  
 Quod est anceps tu dissolvis  
 1340 Quod legendum tu involvis.  
 Tu intrare me non aivas  
 Infernales officinas,  
 Ubi mœror, ubi metus.  
 Ubi fetor, ubi fletus,  
 Ubi probra deteguntur,  
 Ubi rei contunduntur,  
 Ubi tortor semper œdens,  
 Ubi veræis semper edens ;  
 Ubi totum hoc perenne,  
 Quia perpes mors gehennæ,  
 Me receptet Sion illa,  
 Sion David urbs tranquilla,

Cujus faber auctor lucis,  
 Cujus portæ lignum crucis,  
 Cujus claves lingua Petri.  
 Cujus cives semper læti,  
 Cujus muri lapis vivus,  
 Cujus custos Rex festivus,  
 In hac urbe lux solemnis,  
 Ver æternum, pax perennis :  
 In hac odor (28) implens cœlos,  
 In hac semper festum melos ;  
 Non est ibi corruptela,  
 Non defectus, non quærela,  
 Non minuti, non deformes,  
 Omnes Christo sunt conformes.  
 Urbs cœlestis, urbs beata  
 Super petram collocata ;  
 Urbs in portu satis tuto,  
 De longinquo te saluto :  
 Te saluto, te suspiro,  
 Te affecto, te requiro.  
 Quantum tui gratulantur,  
 Quam festive convivantur,  
 Quis affectus eos stringat,  
 Aut quæ genema muros pingat,  
 Quis calcedon, quis jacynthus  
 Norunt illi qui sunt intus.  
 In plateis hujus urbis  
 Sociatus piis turhis  
 Cum Moyse et Elia  
 Pium cantem Alleluia.  
 Amen.

LXXII. *In laudem Spiritus sancti.*

(E ms. Ebroicensi, n. 19 hic primo edit.)

*Prosa.*

ritus sancte, pie Paraclete.  
 or Patris et Filii, nexus gignentis et geniti ;  
 usque bonitas et charitas, et amborum essentia  
 [puritas,

Benignitas, suavitas, jucunditas.

culam nectens Deum homini ; virtus adunans  
 [hominem numini,

Non ut ipsa fieret pro semine sobolis,

Sed ut actor creans carnem de carne Virginis

Deus ante diem condens omnia,

Dominus per diem gubernans condita.

Munus manens in dantis æternitate

Minus nihil habens ab ejus æqualitate.

Tua tempus præcedit processio,

Tua in tempore facta est effusio :

Ibi fons virtutum, flumen gratiarum ;

Hic dator earum, et lux animarum.

41 Glorioso, luminoso ab illo die exiens,

ro famosum et jocosum apud nos diem faciens.

i soli digno coli cum Patre Filioque

is cultus, honor multus sit semper procedenti  
 [ab utroque,

Voto, voce, hic et ubique. Amen.

Tu nostra salus, tu nostrum decus ;

Vita et præmium, finis et gaudium.

Vie reatum cogens agnoscere,

Jus paratum libens ignoscere.

A

Te prævio fugit nox et interitus ;

Nam dextræ Altissimi tu digitus.

Subtilis et docilis, sublimis et humilis.

Tu mitis et hilaris, amabilis, laudabilis ;

Vanitatis mundator, munditiæ amator ;

Sanctitudinis, rectitudinis, beatæ plenitudinis

Et plenæ beatitudinis donator.

Vox suavis exsulum mœrentium ; melodia civium

[gaudentium.

Istis solamen ne desperent de te ;

Istis juvamen ut suspirent ad te.

Consolator piorum, inspirator bonorum, consilia-

[tor mœstorum,

Purificator errorum, eruditor ignotorum, declara-

[tor perplexorum.

B Debilem erigens, devium colligens, errantem cor-

[rigens

Sustines labentem, promoves conantem, perficia

[amantem,

Perfectum eduois ; de lacu fœcis et miseris

Deducis per semitam pacis et lælitiæ ;

Inducis sub nube in aulam sapientiæ.

Hic pandit aditum libera charitas ;

Hic claudit reditum effera pravitas.

Condonans culpas conversis ; reservans pœnas aver-

[sis.

Quod si ad tuæ libram æquitatis, nostræ appendas

[massam pravitalis,

Ut fatear quod vereor, pœnas mortis intueor,

Et fortassis tuum apud judicium

26) Ita Reg. et Vict. non *infernus*, ut Ebr.

27) Reg. et Vict. *metum*. Ebr. *motum* ; quod me-

lius.

(28) Reg. et Vict. *In hac ordo*. Melius Ebr. *odor*.

Vitæ status justæ dabit solatium.  
Et ecce sicut pannus menstruatæ nostra est justitia  
[præ te.

Sic servire nos vis in timore  
Ignorantes quis sit dignus ira vel amore,  
Unum constat quia tua sub tutela  
Tui toti sumus tui a turbela.

**Dextræ Dei tu dicitur**

Ubi totius splendor consilii, totius et spes solatii,  
Relevator fastidii, pignus æterni gaudii.  
Innoxius, indubius, quo nihil exstat pulchrius, et  
[quo nihil est dulcius.

Honestius, utilius et melius.  
Liber, intrepidus, alacer, facillimus.  
Fundamentum sanctitatis, alimentum castitatis,  
Ornamentum lenitatis, lenimentum paupertatis. **B**  
Supplementum largitatis, munimentum probi-

[tatis.  
Miserorum refugium, captivorum suffragium,  
Illis aptissimus; istis promptissimus.  
Spiritus veritatis, nodus fraternitatis  
Ab eodem missus a quo et promissus.

**Tu crederis omnium iudex, qui crederis omnium**  
[opitex,

Honestans bene meritos præmio,  
**1342** Onustans immeritos supplicio.  
Illis quidem sanctis dum esse largior,  
Istis vero reis vis esse parcior.  
Ubique tua te vincit pietas,  
Nam natura tua nil nisi bonitas.

**Spiras ubi vis et quando vis; doces quod vis et**  
[quantum vis; **C**

Imple et instruis certos in dubiis;  
Firmas in subitis, regis in licitis.

**Tu ordo decorans omnia; decor ordinans et ornans**  
[omnia.

**Dicta, facta, cogitata:**

**Dicta veritate, facta honestate, cogitata puritate.**

Unctio tu docens de omnibus  
In terris concessa, sed hæc divinitus.

Collustrans charitate Deitatis  
Quos in te collustravit identitas charitatis.

Donum bonum, bonum perfectum,  
Dans intellectum, dans et effectum;

**Dirigens rectum, formans affectum firmans pro-**  
[vectum,

**Et ad portas paradisi coronans dilectum.** **D**

Hunc timeant nostri pontifices (29),

Sint pro reis sancti sacrifices,

Non reorum sævi carnifices,

Debilium seduli pastores

Non ovium fædi prædatores.

In capturam mittant animarum

Rete sacrum, non pecuniarum:

Ne dum peccant remissibiliter

**A In Filium et Patrem pariter,**  
**In Spiritum peccent indelebiter.**

**LXXIII. In Natali Domini.**

(E. mes. et editis.)

*Prosa.*

Promissa mundo gaudia

Supera solvit gratia

Die ista.

In Virgine fecunditas,

In prole fulsit Deitas

Die ista.

In supernis genitus sine matre,

Hac in valle natus est sine patre

Die ista.

Virga Jesse florida fructum dedit,

Gedeonis vellera ros infudit

Die ista.

Pressus pede mulieris

Coluber contritus est

Die ista.

Elisæus exiit,

Et de fructu adiit

Subsecutus baculum

Die ista.

Eructavit cor Excelsi

Verbum bonum quod genuit

Die ista.

Manducavit homo

Panem angelorum

Die ista.

Sator exit seminare semen verum,

Novus esse cæpit antiquus dierum

Die ista.

Rex in prædam prodiit,

**1343** Et in sole tabernaculum posuit

Die ista.

Terra vermem protulit,

Per quem Jonas perdidit

Et deflet tabernaculum

Die ista.

Splenduit lucerna quam accendit mulier

Micuit electrum quod videt Ezechiel

Die ista.

Veritas de terra, de Sion Emmanuel

Ortus est, missus in salutem Israel

Die ista.

Fides matris Virginis,

Obumbramen Fluminis,

Verbi vis et luminis

Cataplasma confecerunt

Die ista

Hæc respirant miseri,

Spoliantur inferi,

Cedunt nobis superi,

Renovatur ordo rerum

(29) Hæc clausula sapit omnino genium Hildeberti, qui sui temporis Simoniacos Ecclesiam deturpantes, indefesso semper zelo insectatus est.

Hanc autem Prosam genuinum esse probat ejus factum verbum *Sacrifex*, illi singulare et familiare.

Die ista.  
Tot beneficia  
Sacra cœpit Ecclesia  
Die ista.  
Deo sit gloria,  
Ex cujus gratia  
Speramus cœlestia. Amen.

LXXIV. *Versus de fide sanctæ Trinitatis* (30).

Esse quod est ex se Deus est, per quod datur esse,  
Quod non est ex se, Deitatis non habet esse,  
Esse quod est Deus est, cui verum competit esse.  
Convenit huic soli, quod nulli convenit esse.  
Ante Deum nihil est quod possit eo prius esse.  
Post illum nihil est quod posterius queat esse<sup>1</sup>.  
Supra quem nihil est quod dicam celsius esse<sup>2</sup>:  
Extra quem nihil est quod dicam latius esse<sup>3</sup>.  
Omne quod est, opus illius est; dedit omnibus esse:  
Et sine quo nihil est, nihil aut fuit, aut valet esse.  
Cujus majestas disponens cuncta penes se<sup>4</sup>.  
Ut nunquam cœpit, sic nunquam desinit esse.  
Omne quod est, quod erat, quod erit par huic ne-

[quit esse.

Præter quem solum Deus alter non habet esse<sup>5</sup>.  
Namque Deum verum verax ratio negat esse,  
Quem lapis atque manus hominis perduxit ad esse.  
At Deus omnipotens, cui nullus homo dedit esse.  
Imo qui faciens hominem reparavit ad esse<sup>6</sup>,  
Ilic vere Deus est, et non Deus hic nequit esse.  
Et Deus ipse deos super omnes creditur esse,  
1344 Totum totus habens, toti vult jure præesse.  
Cuncta creando, sibi vult cuncta creata subesse:  
Totus ubique suum<sup>7</sup> non alternat Deus esse.  
Qui modo non alius quam pridem creditur esse.  
Omnia transmutans, nequit hic mutabilis esse:  
Æternusque Deus habet æternaliter esse.  
Qui cum sit magnus, major nequit aut minor esse.  
In quo semper erat in eodem permanet esse<sup>8</sup>.  
Quem decet esse quod est, sed non decet esse<sup>9</sup> ne-

[cesse :

(30) Hanc Progam ad calcem l. V Operum S. Bernardi retulit R. P. D. J. Mabillonius, quam in nota marginali ait in editione Spirensi an. 1501, Operum S. Bernardi mellifluo doctori fuisse tributam. Cum autem in editione Paris. an. 1548 tribua-

A Imo nec esse, per hunc bonus omnis homo valet

[esse :

Non aliena bonum bonitas illum facit esse.  
Ex propria bonitate sua scitur bonus esse<sup>10</sup>.  
Orthodoxa fides personas tres probat esse  
In Deitate, deos sed tres negat in tribus esse.  
Ingenitus genitor genitum genuit Deus ex se<sup>11</sup>:  
Non tamen hic genitor habuit genito prius esse.  
Spiritus almus ab his procedens per habet esse.  
Una sed in tribus his substantia creditur esse.  
Atque cœternum personis congruit esse.  
Sic par majestas, par virtus fertur inesse.  
Quod Pater est hoc Filius est, hoc Spiritus esse  
Dicitur. Unus enim Deus unum continet esse.  
Qui tamen est genitor, non et genitus valet esse.  
B Qui vero genitus est, Spiritus hic nequit esse.  
Sicut in uno tres personas dicimus esse,  
Sic in personis tribus unum credimus esse.  
Ergo factorem factura Deum sciat esse,  
Cui mirabiliter mirabile competit esse  
Garriat ergo licet Sabellius hoc nihil esse,  
Hoc orthodoxus tenet<sup>12</sup>, et sic astruit esse.  
Arrius infelix quia sic non credidit esse,  
Tartareis flammis meruit sine fine subesse<sup>13</sup>.  
Taliter alta fides de vero disputat esse.  
Taliter ut credant reor omnibus esse necesse.  
Et nisi<sup>14</sup> credamus, nisi confiteamur id esse  
Firmiter et sane, salvi non possumus esse.

LXXV. *Hildeberty de exilio suo*<sup>15</sup> liber

(Ita Trithemius. — Ad finem mss. Ebroicensis, n. 19, San-Victorini, n. 272, et S. Mariani Antissiodorensis annorum ad minus 500. Editum in Supplem. Homeyi.)

Nuper eram locuples, multisque beatus amicis,  
Et risere diu fata secunda mihi.  
Larga Ceres, deus Arcadiæ Bacchusque replebant  
Horrea, tecta, penum, farre, bidente, mero.  
Hortus, apes, famulæ, pulmento, melle, tapetis  
Ditabant large prandia, vasa, domum.

tur Hildeberty Cenoman. episcopo, sub titulo: *De fide sanctæ Trinitatis*, quam tamen in nullo vidimus me. illam, ne periret, vel inter dubia duximus divulgandam, licet a Mabilloniana in aliquibus discrepantem (a).

<sup>1</sup> Mabilloniana. *Ante Deum nihil est quod posterius queat esse.* <sup>2</sup> *Supra quem nihil est quod credam latius esse.* <sup>3</sup> *Extra quem, etc.* Deest hic versus. <sup>4</sup> *Per se* <sup>5</sup> *Valet esse.* <sup>6</sup> *Perduxit ad esse* <sup>7</sup> *Ubique simul.* <sup>8</sup> Hic versus deest. <sup>9</sup> *Non aliud decet esse.* <sup>10</sup> Deest hic duo versus qui sunt in Mabilloniana, ac.

*Ergo factorem factura Deum sciat esse.  
Cui mirabiliter mirabile competit esse.  
Orthodoxa fides, etc.*

Sunt hic inferius. <sup>11</sup> *Ingenitus genitæ genituræ dat Deus esse.* <sup>12</sup> *Sic orthodoxus tenet.* <sup>13</sup> *Tartareas flammis meruit sine fine necesse.* <sup>14</sup> *Hoc nisi.* <sup>15</sup> Ms. S. Mariani habet: *D: fortuna. Turon. De lapsu hujus mundi.*

(a) † In præfatione p. xiii, D. Beaugendre sic se habet: « Observandum nobis errorem in verbo excidisse in nota ad *Versus de Fide sanctæ Trinitatis*, dum illos diximus *inter dubia* reponendos: unde forte quis inferre posset cætera quæ sequuntur esse dubia Hildeberty opera; quod nullatenus intendimus, nec intendere debuimus, cum nihil certius sit librum de *Exilio suo* esse verum ejus factum, sicut et cætera alia carmina, sive præcedentia, sive sequentia, quæ ex optimis manuscriptis eruimus. Loco igitur verborum illorum *inter dubia* legendum est, *licet dubiam, eamque solam inter ea quæ damus indubitato Hildeberty carmina.* »

Dextra laborabat gemmis, pomaria fructu :  
 Prata redundabant gramine, lacte greges.  
**1345** Agger opum <sup>16</sup>, tranquilla quies, numerosus  
 [amicus  
 Delicias, somnos, consiliumque dabant.  
 Cætera quid referam mæstos solantia vultus <sup>17</sup>,  
 Omnia captatæ prosperitatis erant.  
 Jurares superos intra mea vota teneri,  
 Et res occasum dedidicisse pati.  
 Mirabar sic te, te sic, fortuna <sup>18</sup>, fidelem ;  
 Mirabar stabilem, quæ levis esse soles.  
 Sæpe mihi dixi : Quorsum tam prospera rerum ?  
 Quid sibi vult tantus, tam citus agger opum ?  
 Si mihi <sup>19</sup> nulla fides, nulla est constantia rebus.  
 Res ipsæ quid sint mobilitate docent.  
 Res hominum atque homines levis alea versat in **D**  
 [horas <sup>20</sup>,  
 Et venit a summo summa ruina gradu.  
 Cuncta sub ancipili pendent mortalia casu,  
 Et ependent propria mobilitate fugam.  
 Quidquid habes hodie, cras te fortasse relinquet,  
 Aut modo, dum loqueris, desinit esse tuum.  
 Has ludit fortuna vices, regesque superbos,  
 Aut servos humiles non sinit esse diu.  
 Illa dolosa comes, sola levitate fidelis,  
 Non impune favet, aut sine fine premit.  
 Illa mihi quondam risu blandita sereno  
 Mutavit vultus, nubila facta, suos.  
 Et velut æternam misero conata ruinam,  
 Spem quoque lætitiæ detrahit illa mihi.  
 Illa professa dolum, submersit, diruit, ussit  
 Culta, domos, vites, imbribus, igne, gelu.  
 Insuper exhausit, excussit [discussit], debilitavit  
 Hoste, noto <sup>21</sup>, morbis, horrea, poma, gregem.  
 Accessit damnis novus ille gravisque tyrannus  
 Quo Cenomanorum consule <sup>22</sup> jus periit.  
 Cujus avos puduit scelerum genuisse patronum,  
 Fortunæque parem mobilitate, dolis.  
 Ille pudor patriæ me non impune tuentem  
 Justitiæ leges, expulit a patria.  
 Inde ratem scando, vitam committo procellis,  
 Uda [f. vela] tument, gemina cymba juvatur ope.  
 Portus erat longe, cum ventus fortior æstum  
 Movit <sup>23</sup>, et in tumulos Auster aravit aquas.  
 Crescit hiems, agit aura ratem, furit unda debi-  
 [scans,  
 Imbre madet velum, nox tegit atra diem.  
 Desperare jubent venti, mare, turbine, fluctu  
 Occursu rupes, ignibus ipse polus.  
 In fragilem pinum totus pene congerit iras <sup>24</sup>  
 Orbis, et est hostis quidquid obesse potest.

**A** Dum sic sævit hiems, dum pallet et ipse magister,  
 Dum stupet, et fieri piscibus esca timet,  
 Ecce rapax turbo tollens ad sidera fluctus,  
 Impulit ad littus jam sine puppe ratem.  
 Sic miser et felix <sup>25</sup>, quassa rate, rebus ademptis.  
 Evasi ventos, æquora, saxa, Jovem.  
 Ecce quid est hominis, quid jure vocare paternum,  
 Qua miser ille sibi plaudere dote potest.  
 Hoc est, hoc hominis semper cum tempore labi <sup>26</sup>,  
**1346** Et semper quadam conditione mori.  
 Est hominis nudum nasci, nudumque reverti  
 Ad matrem, nec opes tollere posse suas.  
 Est hominis putrere solo, famemque [f. finemque;  
 [fateri,

Et miseris gradibus in cinerem redigi.  
 Istius est hæres homo prosperitatis, et illum  
 Certius his dominum prædia nulla manent.  
 Res et opes præstantur ei ; famulantur ad horam,  
 Et locuples mane, vespere pauper erit.  
 Nemo potest rebus jus assignare manendi,  
 Quæ nutus hominum non didicere æqui.  
 Jus illis Deus ascribit, statuitque teneri  
 Legibus, et nutu stare vel ire suo.  
 Ille simul semel et solus prævidit, et egit  
 Cuncta nec illa aliter vidit, agitque aliter,  
 Ut vidit facienda facit, regit absque labore.  
 Distinguit formis, tempore, flae, loco.  
 Crescendi studium rebus metitur, et illas  
 Secretis versat legibus <sup>27</sup>, ipse manens.  
 Ipse manens, dum cuncta movet, mortalibus ægris  
 Consultit, et qua sit <sup>28</sup> spes statuenda docet.  
**C** Si fas est credi te quidquam posse vel esse,  
 O fortuna ! quid es ? quod potes ipse dedit.  
 Pace tua, fortuna, loquar ; blandire, minare,  
 Nil tamen unde querar, aut bene læter ages.  
 Ille potens, mitis tenor et concordia rerum,  
 Quidquid vult in me digerat <sup>29</sup>, ejus ero.

**LXXXVI. Epistola elegiaca Hildeberti ad amicum (ut ex verbis colligi potest) transmarinum, seu Anglicanum, qua eum rogat ne in suo infortunio ipsum contemnat, aut deserat ; forte dum a Cuillielmo Rufo aut ab Henrico I ita exagitaretur, ut Romam petere coactus sit ; ob turres scilicet Ecclesiæ suæ, quas evertere semper immoto recusavit animo. Is autem amicus forte fuit Rogerius, seu Rogerus episcopus Salisberiensis, ad quem scripsit epistolam duodecimam libri II.**

**D** (E ms. Colbertino, n. 3019. folio penultimo, antiqua omnino manu, et 500 ad minus annorum.)  
 Turpe quidem dictu, sed si modo vera fatemur,  
 Vulgus amicitias utilitate probat.  
 Cura quid expediat prior est, quam quid sit hone-  
 [stum,

<sup>16</sup> Ebr. et Victorin. *ager opum*. S. Mariani *agger opum*, id est collectio, congestus ; quod melius. <sup>17</sup> Turon.

*Singula quid memorem lætos testantia casus  
 Omnia captivæ prosperitatis erant.*

<sup>18</sup> Turon. *Denique mirabar sic te fortuna* : <sup>19</sup> Ita mss. omnes, non *Hei mihi!* ut reposuit Homeyus non ineleganter. <sup>20</sup> Tur. *oras*. <sup>21</sup> Victorinus, *notho*, id est violenti venti turbine. <sup>22</sup> Id est civitatis rector Maire de la Ville. <sup>23</sup> Homeyus apposuit *impulit in*. Mss. ambo *movit*. <sup>24</sup> Ebr. *prope congerit iras*. Vict. *prope digere iras*. <sup>25</sup> Victorin. *Sic misere felix*. <sup>26</sup> Turon. *Est hominis semper fluere et cum tempore labi*, <sup>27</sup> Turon. *Distinctis idem cursum metitur et illas decretis versat legibus*. <sup>28</sup> Turon. *Consultit atque ubi sit*. <sup>29</sup> Tur. *proferat*.

Et cum fortuna statque ceditque fides.  
 Non facile invenies multis in millibus unum  
 Virtutem pretium qui putet esse sui.  
 Ipse decor recti, facti si præmia desunt,  
 Non manet, et gratis pœnitet esse probum,  
 Mitius est lapsa digitum supponere mento,  
 Mergere quam liquidis ora natantis aqua.  
 Corripis ut debes stulti peccata sodalis,  
 Et mala me meritis ferre minora doles.  
 Vera facis, sed sera meæ convicia culpæ ;  
 1347 Aspera confesso verba remitte meo  
 Cum poteram recto tansire Ceraunia velo  
 Ut fera vitarem saxa monendus eram :  
 Nunc mihi naufragio quid prodest discere facta,  
 Quanam debuerat currere cimba via ?  
 Brachia dilapso potius præbenda natanti,  
 Nec pigeat mento supposuisse manum.  
 Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci ;  
 Turpe laborantem deseruisse ratem ;  
 Turpe sequi casum, et fortunæ credere amicum :  
 Et nisi sit felix, esse negare suum,  
 Esse salutatum te vult mea littera primum <sup>30</sup>,  
 Proxima subsequitur quid agas audire voluntas ;  
 Et jam, quidquid agas, sit tibi cura mei  
 Nec dubito quin sit, sed me timor ipsa malorum  
 Sæpe supervacuos cogit habere metus.  
 Da veniam, quæso, nimioque ignosce timo  
 Tranquillas etiam naufragas horret aquas.  
 Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,  
 Omnibus unca cibus æra subesse putat.  
 Sæpe canem longe visum fugit Anna, lupumque  
 Credit, et ipsa suum nescia vitat opem.  
 Membra reformidant mollem quoque nesciatactum,  
 Vanaque sollicitis incitat umbra metum.  
 Sic ego fortunæ telis confossus iniquis,  
 Pectore concipio nil nisi trista meo.  
 Jam dolor in mores venit meus ; utque caducis,  
 Utque percussus [f. percussu] crebro saxa cavan-  
 ]tur aquis,  
 Sic ego continuo fortunæ vulneror ictu,  
 Vixque habet in nobis jam nova plaga locum ;  
 Nec magis assiduo vomer tenuatur ab usu,  
 Nec magis est curvis apia trita rotis,  
 Pectora quam mea sunt serie contacta malorum,  
 Queis nihil inveni quod mihi ferret opem.  
 Artibus ingenuis quæsitæ est gloria multis ;  
 Infelix perii dotibus ipse meis.  
 Adjuvat in duris aliquem præsentia rebus,  
 Obruit hoc absens vasta procella caput.  
 Quem non obrueret taciti quoque Cæsaris ira <sup>31</sup>,  
 Addita sunt pœnis aspera verba meis.  
 Temperis cœli corpusque animusque juvatur  
 Frigore perpetuo Sarmatis ora riget.  
 Est in aqua dulci non invidiosa voluptas,

A Æquoreo bibitur cum sale mista palus.  
 Omnia deficiunt ; animus tamen omnia vincit :  
 Ille etiam vires corpus habere facit.  
 Cæpta tene, quæso, nec in æquore desere ratem,  
 Meque simul serva, iudiciumque tuum.  
 Supplicis exaudi, juvenum milissime, vocem,  
 Quamque potes profugo (nam potes), affer opem.  
 Me fortuna tibi, de qua quod non queror hoc est,  
 Tradidit, hoc uno non inimica mihi.  
 Juppiteroranti surdas si præbeat aures,  
 Victima pro templo tunc cadet icta Jovi :  
 Si pacem nullam penitus mihi præstat eunti,  
 Irrita Neptuno cur ego dona feram ?  
 At quanquam longe toto simus orbe remoti,  
 Scire tamen possis nos meminisse tui.  
 B Et potius animam hanc vacuas reddemus in auras,  
 Quam flat meriti gratia vana tui.  
 Grande voco meritum, lacrymas quibus ora rigabas,  
 Cum mea concreto sicca dolore forent.  
 Grande voco meritum, mœstæ solatia mentis  
 1348 Cum pariter nobis illa, tibi que dares.  
 Adde quod absentis cura mandata fideli  
 Perflois, et nullum ferre gravaris onus.  
 Quod facies quæris ; quæras hoc scilicet, ipsum  
 Invenies, vere si reperire voles.  
 Velle parum est, cupias ubi repotiaris oportet,  
 Et faciat somnos hæc tibi cura breves  
 Exposuit memet populo fortuna videndum,  
 Et plus notitiæ, quam fuit ante, dedit.  
 Si locus est aliquis tanta inter nomina parvis,  
 Nos quoque conspicuos nostra ruina facit.  
 C Si minus errasset, notus minus esset Ulyses ;  
 Non nocet admissa subdere calcar equo.  
 Sic præstat virtute sua ne prisca vetustas  
 Laude pudicitæ tempora nostra premat.  
 Plausibus ex ipsis populi, lætoque favore,  
 Ingenium quodvis incaluisse potest.  
 Tamque ego sumpsisse tali clamore vigorem,  
 Quam rudis audita miles ad arma tuba :  
 Nec mihi nota ducum, nec sunt mihi nota locorum  
 Nomina, materiam non habuere manus.  
 Quo magis oblector, debes ignoscere si quid  
 Erratum est illic præteritum que mihi.  
 Utque reformidant inflictum lumina solem,  
 Sic ad lætitiæ meus mea segnis erat.  
 Nam quanquam sapor est allata dulcis in unda,  
 D Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ.  
 Et magis adducto pomum decerpere ramo,  
 Quam de cœlata sumere lance juvat <sup>32</sup>.  
 Huic ego, quam patior, nil possum demere pœnæ  
 Si iudex facti cogeret esse mei.  
 Cunque labent alii, jactataque vela relinquunt,  
 Tu lacera remanes anchora sola rati.  
 Grata tua est igitur pietas ; ignoscimus illis

<sup>30</sup> Hic deest pentameter, quem sic potes supplere :

*Et multis annis te cupit incolumem.*

<sup>31</sup> Regis forte Guillelmi Russi, seu Henrici I, aut Ludovici Crassi. Vide epistolam 45 lib. II. <sup>32</sup> Vox alibi ad Hildeberto usurpata, ut epistola I lib. I ad Guill. de Campellis.

Qui cum fortuna terga dedere fugæ :  
 Cum feriant unum, non fulmina terrent,  
 Junctaque percusso turba pavere solet :  
 Cumque dedit paries venturæ signa ruinæ,  
 Sollicito vacuus sit locus ipse metu.  
 Quisquis enim ex timidis ægri contagia vitot,  
 Vicinum metuens ne trahat inde malum ?  
 Pars estis pauci melior, qui rebus in arctis  
 Ferre mihi nullam quippe putatis opem.  
 Occidit et Theseus, et qui comitavit [f. comitatur]  
 [Orestem ;

Sed tamen in laudes vivit uterque suas.  
 Vos etiam seri laudabunt sæpe nepotes,  
 Claraque erit scriptis gloria vestra meis  
 Conveniens animo genus est ; tibi nobile namque  
 Pectus, et hæredem <sup>22</sup> simplicitatis habes.  
 Livor, iners vitium, mores non exit in altos,  
 Utque latens ima vipera serpit humo.  
 Mens tua sublimis supra genus eminet ipsum  
 Grandius ingenio non tibi nomen inest.  
 Ergo alii noceant miseris, optentque timeri.  
 Tinctaque mordaci spicula felle gerant.  
 At tua supplicibus domus est assueta juvandis,  
 In quorum numero me precor esse velis.  
 Firma valent per se, nullumque machaonia quæ-  
 [runt (31) ;

Ad medicam dubius confugit æger opem.  
 Scripta placent a morte feræ, quia lædere vivos  
 Livor, et injusto carpere dente solet.  
 Cum deunt vires, tamen est laudanda voluntas,  
 Hac ego contentos auguror esse deos.  
 Hoc facit ut veniat pauper quoque gratus ad aram, C  
 Et placeat cæso non minus agna bove.  
 Fulminis afflatus interdum vivere talis  
 1349 Vidimus, et resciri non prohibente Jove.  
 Crede mihi, miseris cœlestia numina parent,  
 Nec semper læsos et sine fine premunt.  
 Juppiter in multos temeraria fulmina torquet,  
 Qui pœnam culpa non meruere pati.  
 Principe sed nostro non est moderatio ultus,  
 Justitiæ vires temperat ille suis (32).

XXVII De infidelitate fortunæ et amoris mundi.

(E. ms. Mariani Antissiodorensis.)

Nulli fidus amor, nulli fortuna fidelis ;  
 Nulli dispensant mel sine felle suum.  
 Extollit fortuna suos, prosternit eosdem ;  
 Et quibus illa favet, non favet illa diu.  
 Urit amor, blanditur amor, delectat et urit :  
 Et amor, blanditur amor, delectant et urit :  
 Tempus, magis unde placet, vulnerat inde magis  
 Causa illa rotæ, temperat illa vires,

(31) Id est nullo egent medico ; Machaon quippe  
 celebrem ferunt medicam Æsculapii filium.

(32) Subsequuntur in eodem manuscripto plures  
 versus, sed nullam nec cum præcedentibus, nec  
 etiam inter se connexionem habentes, quos ideo

A Stante rota fortuna favet ; cadit hæc, premit il-  
 [ lam ;

Succedit tempus, sed variatur amor.

Nutrit amor gemitus, generat fortuna timorem :

Gaudia principium, finis utrique dolor.

Hæc ludit vices varias, comitatur utraque,

Imque diem tenebras, in tenebrasque diem.

Unde magis fortuna placet, fert inde dolorem ;

Et quod dulce magis subripit illa cito

Non equidem semper delectat amor. Sibi semper

Suppositum quoddam triste reservat amor.

Fortunam curæ, curæ comitantur amorem ;

Hinc sitis, hinc gemitus, hinc labor, hinc la-

[crymæ,

Miscet amor lacti laqueos, mellique venenum ;

Et fortuna malis plurima dura bonis.

B Sic nec fidus amor, sic nec fortuna fidelis ;

Sic fortuna quidem, sic quoque frangit amor.

LXXVIII. De instabilitate rerum humanarum.

(E. ms. Ebr.)

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,

Et subito casu quæ valere ruunt.

Ludit in humanis divina potentia rebus,

Et certam præsens vix habet hora fidem.

LXXIX. De matrimoni sacramento.

(E. ms. Regio 4103, Vit. 272, Ebr. 19, et aliis  
 Colb.)

(33) Ut cognatos et affines uniret conju-  
 [giam,

Raritate primæ proles fuit necessarium :

Ut augerent charitatem nuptiæ sub gratia.

Ad externos transierunt sacra matrimonia.

Affines, consanguineos, conjugia prima

Non susceperunt, nec proles una, nec unus.

Unius Eva fuit conjux, vir unius Adam.

Præcessit coitum benedictio, gratia prolem.

Nupta sequens non sic, cui copia prava virorum

Affinem, consanguineum, fratremve jugavit,

Non solum quia quæque parem non inveniebat,

Sed quia Messiam proles paritura placebat [f. præ-  
 [ibat.]

Tu genitrix Isaac venturi præscia Christi

Conjugii sociam patienter sustinuisti.

Ante datam legem Jacob Rachel et Lia nupsit.

Uxoressub lege duas simul Helcana duxit.

Temporis illius si vis attendere nuptias,

D 1350 Quæsitæ est soboles, non affectata voluptas.

Non sibi, sed generi matrona satisfaciebat ;

Indo Redemptorem venturum prospiciebat.

Hinc uni multæ, non multis una maritis,

Hæserunt pariter, velut ulmo plurima vitis.

Non enim multis ad prolem sufficiebat ;

duximus omnittendos, ut nulli lectorem commode  
 seu oblectationi profuturos.

(33) Hoc summarium, quod deest in ms. Ebroic.  
 suppletum est e Regio 4103 et e Victor. 272

<sup>22</sup> Ms. habet h'edæe.

una viris non quo generaret egebat.  
 solum Domini peperere sacra mulieres,  
 reandus erat suus ille Redemptor et hæres.  
 dventus connubia prima reduxit;  
 ec affinis, nec proxima sanguine nupsit:  
 escendentes ab eadem stirpe ligantur  
 itate sua, charique sibi generantur;  
 plexus eis ad honestum præstat amorem.  
 tie est fratrem, salis est hanc esse sororem;  
 os ideo connubia nulla jungantur  
 eneris pietas, et gratia præcomitantur.  
 eus ut fiant qui non nascuntur amici,  
 omnes alios quam cognatos sibi dici.  
 xores, istos vult esse maritos.  
 nigenis illas, istosque petitos,  
 ale bonum quos stirps sua separat, unit.  
 at hic populos, ligat urbes, mœnia munit.  
 usus amor, sic res hæc publica crevit;  
 ndus discors quæsitâ pace quievit.  
 ra sub Christo dilectio porrigeretur,  
 a sub Christi sic nubere lege jubetur.

LXXX. *De duobus Jacobis.*

(Ex ms. S. Mariani.)

obis non litiget amodo quivis;  
 tus Alphæo fuit, alter a Zebedæo.  
 prius audisti, fratrem memor asserere Christi,  
 lemque situm legimus, quem sæpe petitem,  
 que solemnibus Maii solet esse Kalendis.  
 is est iste frater fuit Apocalistæ,  
 æque solum se gaudet habere colonum.  
 viro Joachim, peperit te, Virgo Maria,  
 i processit sine semine vera Sophia.  
 unc de Cleopha peperit tibi, Virgo, sororem,  
 arit Alphæo Joseph Jacobumque minorem.  
 roque defuncto cuidam Salome copulatur,  
 o natorum Zebedæi genitrix generatur:  
 bus una viris peperit tres Anna Marias.

XI. *Cur dimittamus Alleluia in Septuagesima*

(Ex ms. Colb. unum. 6101.)

liu rex Babylon sibi subdidit Israelitas,  
 luia cohors psallere non potuit,  
 rave supplicium tulit annis sexaginta;  
 s a Christicolis Septuagesima fit.  
 aptivus homo sentit crimen dominari,  
 e dolendo magis quam jubilaret libet.  
 ietas cum parcit ei divina reatum,  
 uudet et exultat, perstrepit et jubilat (a).

551 LXXXII. *In apparitione (34) Domini.*

(Ex eodem ms.)

ici pro re triplici lux hæc celebratur.  
 merum fit, per puerum (35) baptismâ sacra-  
 tur;  
 Dominum trimo trinum domo venerantur.

Id est Epiphania.  
 Id est servum, sc. Joan. Baptistam.  
 Forte auro, seu pecunia.

n edit. Beaugendre, an. 1708, subsequabatur § *Cur dicantur tres missæ in Natali Domini.* Sed jam eodem  
 illos dederat editor in *Libro de sacra Eucharistia*, p. 1155.

A Noscitur ex ære (36) quia debet sceptrâ tenere,  
 Myrrhaque mortalem probat, et thus pontificalem.

LXXXIII. *De sumptione sacræ Eucharistiæ.*

(Ex eodem ms.)

Dat Jesum Jesus, manet omnis ab omnibus esus  
 Manditur illæsus, bibitur non vulnere cæsus.  
 Mysterium pulchrum, crux ara, calixque sepul-  
 [crum,  
 Corpus grana sacrum, cruor uva fit, unda lava-  
 [crum.

LXXXIV. *Pœnitentia ad rectam Eucharistiæ ad-  
 ministrationem necessaria (37).*

Astans altari, pia mens, gaude lacrymari;  
 Libans libari, sacrans curato sacrari;  
 Agnum flenda vora, flens dilue membra, cor, ora.  
 B Mysterio magno propians sis agnus in agno;  
 Agnum sumpturus sis omni crimine purus,  
 Nec prius hunc capias quam flendo victima flas;  
 Te primum luctu, post vitæ pascito fructu:  
 Lacryma dat risum, mala delet, emit paradisum.

LXXXV. *Christus in cruce.*

Mortem Serpentem Peccatum Tariara Gentem.  
 Vici, calcavi, solvi, fregi, reparavi.

LXXXVI. *Ad Christi crucifixi imaginem.*

Nec Deus est, nec homo, præsens quam cernis  
 [imago;  
 Sed Deus est homo, quem sacra figurat imago.

LXXXVII. *Ubi Angelus venit ad Mariam.*

Ad Gabrielis ave fert germen Virgo suave,  
 Quem nequeunt cœli Virgo capit aure fideli.

C LXXXVIII. *Ubi fert Jesum Maria.*

Virgo parens, consorte carens, tenet Omnipoten-  
 [tem.  
 Ut gremio sic corde pio fert cuncta ferentem.

LXXXIX. *Ubi parit Christum Maria.*

Stella parit solem, mons montem, innuba prolem.  
 Hæc opifex fit opus, Verbum caro, cedrus hyssopus

XC. *Ubi baptizat Jesum Joannes.*

Baptistes trepidat, Pater ipse tonat, stupet unda.  
 Mundat aquas; non ab aquis Christi caro munda.

XCI. *Ubi intrat Jerusalem super asellum.*

Si superas bellum, et frenas carnis asellum,  
 Intrat Jerusalem, tollens palmam specialem.

1352 XCII. *Ubi lavat pedes discipulorum.*

D Nobis forma datur, dum rex famulis famulatur;  
 Quod Deus his perhibet, frater fratri quoque debet.

XCIII. *Ubi traditur [Christus] Judæis.*

Lethum lætus adit dux qui se pro grege tradit,  
 Tradit et ut charus Pater hunc, Judas ut avarus.

XCIV. *Ubi crucifigitur.*

Te docet hic Jesus ne quæras lædere læsus,  
 Neu vereare pati pœnam reus immaculati.

(37) Ex eodem ms. Colb. 6101, ut quæ sequuntur  
 usque ad num. 106.

XCV. *Ubi crucifixus est.*

Qualia, quis, quare sim passus, homo, speculari;  
 Tristia rex hilaris moriens bibo ne moriaris.  
 Sum clavis fixus, sis volo conrucifixus,  
 Sperne malam vitam; peccasti? surge, remittam.

XCVI. *Ubi sunt mulieres ante sepulcrum.*

Mane petunt celeres tumulum Jesu mulieres:  
 Angelus his dicit: Non est hic vita revixit.

XCVII. *Ubi resurgit a monumento.*

Christo virga datur, cruce crux, mors morte fuga-  
 [tur,  
 Lux paret, Eva redit, stat Adam, draco flat, leo ce-  
 [dit.

XCVIII. *Ubi apparet Mariæ Magdalena.*

Surgit, et exorto sol sole videtur in horto,  
 Magdalena soli dicens: Me tangere noli.

XCIX. *Ubi Thomas tangit latus Jesu.*

Contingendo latus Thomas est certificato;  
 Carnes credendo quod credidit ille vivendo.

C. *Ubi ascendit in caelum Jesus.*

Rex penetrat caelum: jubilat cor matris anhelum:  
 Sic veniet, fantur superi; patres speculantur.

CI. *Ubi in specie ignis descendit [Spiritus] in apo-  
 stolos.*

Ignea lingua datur, datus ignis in igne nolatur,  
 Qui testes hilarat, cor replet, ora parat.

CII. *Titulus in cruce.*

Rex Judæorum rumpit vetus in cruce lorum,  
 Humanumque genus redemit JESUS NAZARENUS.

CIII. *Ubi nascitur Jesus.*

Virgo parit florem, flos fructum, fructus odorem.  
 Transcendit morem Virgo generans Creatorem.  
 Hæc mater matrem præfert et virginitatem.  
 Hæc Patris est mater, qua rex tuus est tibi frater.  
 Virgo parit puerum; nova res, res maxima rerum

CIV. *Ubi Simon Magus offert pecuniam.*

Dona Dei pretio Simon dum quærit emenda,  
 Se similesque sui condemnat morte dolenda.

CV. *Ubi parit mulieri deprehensæ in adulterio.*

Parcit peccatis mulieris fons pietatis:  
 Dicant austeri Patres miseris misereri.

CVI. *De tribus hominum mansionibus.*

(E ms. Ebroic.)

Trina domus nobis, lar, tumba, polusque paratur.  
 Ligna larem, ligo sarcophagum, devotio caelum  
 Præparat; occasus comes in lare, vermis in urna est,  
 Angelus in caelo; lar pœnæ, tumba sopori,  
 Caelum lætitiæ diversa sorte dicuntur.  
 Culpa priora duo dat, gratia sola supremum.

CVII. *Quid sit vita pudica.*

(Ex eodem.)

In noctem prandes, in lucem, Turgide, cœnas,  
 Multimodoque mades noctæ dieque mero.  
 Cumque cuti studeas, uxorem ducere non vis  
 Cur nolis, diols: Vita pudica placet.  
 Turgide, mentiris, non est hæc vita pudica.  
 Vis dicam quid sit vita pudica? Modus.

(38) Loquitur hic in persona adolescentis ad meliorem frugem conversi.

A CVIII. *Quam periculosa mulierum familiaritas.*

(Ex eodem.)

(38) Femina perfida, femina sordida, digna catenis.  
 Mens male conscia, mobilis, impia, plena venenis,  
 Vipera pessima, fossa novissima, mota lacuna;  
 Omnia suscipis, omnia decipis, omnibus una;  
 Horrida noctua, publica janua, semita trita;  
 Igne rapacior, aspide sævior est tua vita.  
 Credere qui tibi vult, sibi sunt mala multa parata.  
 O miserabilis, insatiabilis, insatiata.  
 Desine scribere, desine mittere carmina blanda;  
 Carmina turpia, carmina mollia, vix memoranda,  
 Nec tibi mittere, nec tibi scribere disposui me;  
 Nec tua jam colo, nec tua jam volo, reddo tibi te  
 Me mihi vivere, pace quiescere, sunt mea vota  
 Consuli mihi, consule tu tibi, sis tua tota.  
 Quoslibet elige, collige, dilige sint tibi mille;  
 Sit tibi charior, aut pretiosior ille vel ille.  
 Mens tua vitrea, plumbea, saxea, ferrea, nequam.  
 Fingere, fallere, prodere, perdere, rem putat equam,  
 Summa potentia funditus omnia destruat ante  
 Quam mea sumere, quam mea tangere sustineant te.

CIX. *De perversa muliere.*

(E ms. Turon.)

Auferit, includit, fallit, nudat, dat, adurit,  
 Privat, monstrat, habet, exspoliat mulier.  
 Primo viventi paradysum, carcere Joseph,  
 Ornatu Judam, crine virum validum,  
 Uriæ mortem, mœchando David, Salomonem  
 Religionem, Petrum voce diabolica.

CX. *Quam nociva sint sacris hominibus femina,  
 avaritia, ambitio.*

(Ex eodem Ebroicensi, et Colbert. 1050.)

Plurima cum soleant mores evertere sacros,  
 Altius evertunt femina, census, honos.  
 Femina, census, honos fomenta fomesque malorum  
 1354 In scelus, in gladios corda manisque tra-  
 [hant.  
 Femina res fragilis, nunquam nisi crimine constans,  
 Nunquam sponte sua desinit esse nocens.  
 Femina flamma vorax, furor ultimus, intimus hostis,  
 Et docet et discit quidquid obesse solet.  
 Femina vile forum res publica, fallere nata.  
 Successisse putat, cum licet esse ream.  
 Femina triste jugum, quærimonia juris et æqui.  
 Turpe putat quoties turpia nulla gerit.

## D Femina tam gravior, quanto privatior hostis.

Iavitat erimen munere, voce, manu.  
 Consumensque viros vitio consumitur omni,  
 Et prædata viros præda sit ipsa viris.  
 Corpus, opes, animos enervat, diripit, angit;  
 Tela, manus, odium suggerit, armat, alit.  
 Urbes, regna, domos evertit, commovet, urit.  
 Unaque tot rerum spem capit [/. rapit], arma  
 [premit.

Femina sustinuit jugulo damnare Joannem,  
 Hippolitum letho, carcere spreta Joseph.



Femina mente pari vita spoliavit Uriam,  
 Et pietate David, et Salomona fide.  
 Femina mente regit, lingua probat, actibus implet,  
 Quo lex, quo populus, quo simul ipsa ruit.  
 (Post verbum desinentem in armat, alit sic habet ms.  
 Col. 1050:)

Femina mente Parim, vita spoliavit Uriam,  
 Et pietate David, et Salomona fide.  
 Femina sustinuit jugulo damnare Joannem,  
 Hyppolitum letho, compedibusque Joseph  
 Femina mente gerit, lingua probat, actibus implet,  
 Quo lex, quo populus, quo simul ipsa ruit.  
 Nec minus hac animi vires immutat aurum (39),  
 Nec minus illicitum currere monstrat iter.  
 Vix est quem pudeat auro pervertere rectum,  
 Quem pigeat pretio quolibet esse reum.  
 Auro perficitur quidquid captatur inique,  
 Nemoque prætenso munere vana rogat  
 Aurum corda movens, oculorum præda sacrorum,  
 In facinus puras armat agitque manus.  
 Auro sæpe labat virtus, et robur eorum  
 Quorum corda Deus, cætera laudat homo.  
 Et quem jurares cervicem impendere recto  
 Spe modici fructus cuncta licere putat.  
 Hostis atrox, iudexque gravis, tortorque severus  
 Spe pretii laxant prælia, jura, manus.  
 Aurum castra locat, classem parat, exoritur enses;  
 Spernere vim, ventos, æquora, tela docet.  
 Solvit conjugium, dirumpit claustra pudoris,  
 Sacra [f. sacras] cæde manus inquinat, ora dolis.  
 [(40) Auro perjurus Polimnestor, adultera Danae,  
 Perfida Tarpila, trux Eriphyla fuit.]  
 Auro Crassus obit; auro ruit Amphiaras;  
 Auro castra, duces, jus, populique cadunt.  
 Quem vero nec res, nec femina frangere possunt,  
 Ambitus expugnat, consceleratque pium.  
 Ambitus in vetitum mores deflectit, et infra  
 Posse suum quemquam non sinit esse reum  
 Hujus opus turbare duces, mutare coronas,  
 Inocuis lethum, sceptrâ parare reis.  
 Urbis excidium, templis preparare ruinam,  
 Sternere Patricius ensibus igne lares.  
 Ludibrio reges exponere, regna rapinis  
 Flagitiis matres, excidioque senes.  
**1355** Naturam vitiiis, superos offendere ritu.  
 Parcere tunc tantum, cum nocuisse nequit.  
 Quem simul arripiunt tantæ contegia cladis,  
 Cuncta licere putat, dum sibi regna parat.  
 Sustinet hic gladios in patrem ferre, nec unquam  
 Fraude, cruore, dolis mens, manus, ora vacant.  
 (In ms. Colbertino num. 1050 post hæc verba: ma-  
 nus, ora vacant, adduntur quatuor sequentes:  
 Glorior elatus, descendo mortificatus.

(39) Ms. Colbert. 1050. Non minus immutat ani-  
 mos, aut eruit aurum.

(40) Hi duo versus desunt in ms. Colb. 1050.

(41) Id est quæ Ecclesiæ olim sanctis præsulibus  
 gloriatæ sunt.

(42) Id est Simoniacis.

(43) Cadit forsitan in Brunonem. Signinum epi-

A Ah miser! axe feror, lætus ad alta feror.  
 Ut rota sic homines, movet hos immobilis ordo,  
 Exaltans humiles, magnanimosque premens.

CXI Postquam initio varias Hildebertus deflevit di-  
 versarum Ecclesiarum clades, cuidam Ecclesiæ gra-  
 tulatur quod vigilantissimum sit nacta pastorem,  
 qui eam ab illis sua prudentia tutari posset. Hanc  
 autem non improbabiler dixerimus Salisberiensem  
 Ecclesiam, cujus episcopus electus est Rogerius  
 circa an. R. S. 1102, ad quem Epistolam gratula-  
 toriam libri secundi duodecimam scripsit Hilde-  
 bertus.

(Ex Ebroic. ms. n. 19)

Jam tot in Ecclesias insurrexere procellæ,  
 Quot vel quam magnas nullæ cepere tabellæ.  
 Tot sunt quæ mergant, tot sunt contraria lætis,  
 B Ut vix una queat portum sperare quietis.  
 Tax et libertas, reverentia præteriere,  
 Bella, rapina, jugum, contemptus eis subiere  
 Quos premit et spoliât prædonum turba furentum.  
 Extulit et coluit sanctorum cura parentum;  
 Quæque sacris Patribus risere prioribus annis (41),  
 Flent modo subjectæ Simonibus (42) atque ty-  
 [rannis.

Hinc sibi venantes regumque ducumque favorem  
 Non metuunt in eos legis laxare rigorem.  
 Sic lac et lanas ovium sibi diripientes,  
 Frena lupis laxant subterfugiumque silentes.  
 Speque lucri simulant scelus atque cavenda licere,  
 Quæ liceant sive non liceant didicere cavere.  
 Gratia, Christe, tibi qui nos hoc Patre serenas,  
 C Qui regat Ecclesiam, qui jus, qui juris habenas;  
 Qui didicit pastor non mercenarius esse;  
 Qui dum raptor adest, ovibus non novit abesse;  
 Qui sic errantes revocat, sic servit egenis,  
 Ut sit et his victus, et eis correctio lenis.  
 Illi quod factis, quod mente, quod ore meretur,  
 Post annos pilii [f. prælii] requies æterna paretur.

CXII. In virum abbatem simul et episcopum (43).

(E ms. Ebroic. n. 19.)

Ars asino submisit equam; misturaque mulum  
 Lascivam sobolem prodigiosa dedit.  
 Sic tibi mistus honos, sic ex abbate simulque  
 Præsule, nescio quis dicitur iste gradus.  
 CXIII. De incestuoso stupro ab Ammone propriæ so-  
 rori Thamar illato (II Reg. xiii).

(Ex eodem.)

D Languidus accubuit tanquam moriens puer Ammon.  
 Illicitæ veneris cuspide fixus erat.  
**1356** Exponat morbi causam pater inscius orat.  
 Hos ad verba patris reddidit ille sonos.  
 En, ait, en morior; moriar nisi venerit ad me  
 Filia vestra Thamar sanguine juncta mihi.  
 Hic petit, ille favet, favet huic tanquam morienti,  
 scopum, qui non ita pridem electus abbas Cassi-  
 nensis, a Pascali II, ut refert Petrus Diaconus, lib.  
 iv, c. 44, prohibitus est ultra simul episcopus esse  
 et abbas; unde frustra eum relinere copantibus  
 monachis ad episcopatum suum rediit, et post  
 aliquot annos sancto sine quievit, miraculis post  
 obitum clarus. Vide Baron. ad an. 1104.

Indulgens morbo dissimulante nefas.  
 Regia virgo Thamar sparsos ornata capillos  
 Fratris ad obsequium patre iubente venit.  
 Siste, puella, gradus, ne te tuus opprimat hostis,  
 Et sis fratri barbara præda tuo.  
 Nescit; at illa cibos, confectaque pocula gestans,  
 Infaustæ subiit limina prima domus.  
 Arripit hanc frater, miserumque fatetur amorem,  
 Et thalamis trepidam collocat ipse suis  
 Inetat amans, facinusque parat, clamante puella.  
 At male clamantis colligit ille preces.  
 Ammon; parce Thamar; frater, miserere sororis;  
 Succedat thalamo res peregrina tuo.  
 Illicitos motus, et criminis effuge causam,  
 Invidiamque patris qui tibi misit eam.  
 Nec pietas occurrit ei, nec sanguinis ordo,  
 Nam male vincentis subjacet agna lupo.  
 Ille tulit titulos violare virginitatis;  
 Illa dolet graviter, floribus orba suis.  
 Virgo redit misere læsum conquesta pudorem,  
 Indiciumque rei purpura scissa fuit.

CXIV. *De secreto a Papyrio Prætextato adhuc puer  
 senatui romano prudenter servato.*

Concilium fecere viri, seditque senatus,  
 Et tenuit longum publica causa diem.  
 Publica res agitur, privata negotia Patrum,  
 Papyrius tenera colligit aure puer.  
 Immaturus adhuc, sed jam prudens et honesti  
 Providus, et puero plus erat ille puer.  
 Causa perorata est, muliebriter excipit illum  
 Mater, quid tractat Roma, proterva rogat.  
 Quo plus difficilem sensit, vehementius instans  
 Maternis precibus addidit illa minas.  
 Dissimulat verum puer improbitate parentis,  
 Commentumque nova calliditate movet.  
 Patribus orba suis tanquam sine milite Roma,  
 Vix sua regna tenet, vix aliena petit.  
 Tempore primævo totum sibi subdidit orbem  
 Insidias orbis totius inde timet.  
 Sed visum est ducibus sobolis spe multiplicandæ,  
 Quod mulier nulli sufficit una viro.  
 Inde tamen dubitant, et adhuc sub iudice causa est  
 An plures habeat unus, an una duos.  
 Creditur, et late discurrit sermo per urbem,  
 Et matronarum pectora fama movet.  
 Crastina lux fulsit, cives sub jure recensent,  
 Insolitus tota clamor in urbe sonat.  
 Non aliis implent vastos clamoribus agros  
 Ad tua Bubacides festa Lyæe nurus.  
 Quæritur in populo quisnam sit et unde tumultus  
 Inter matronas ille tumultus erat.  
 Erumpunt in verba simul: Desistite cives.  
 Communis patriæ nos quoque causa movet.  
 Una duos habeat, quia sufficit una duobus  
 Talibus auxiliis Roma perennis erit.  
 Attenti sedere diu, novitate furoris.  
 Attoniti tanta seditione cives.  
 Difficilem causam studio majore revolvunt;  
 Quæ sit summa rei, quæ sit origo rogant.

A Comperiunt puerum sic illuisse parenti,  
 1357 Veraque commento dissimulasse novo.  
 Prætextum dat ei monumentum Roma perenne,  
 Dotavitque suum nomine veste genus.

CXV. *Somnium de lamentatione Pictavensis  
 Ecclesiæ.*

(E ms. codice, olim Eluonensi, nunc Regio, n. 274,  
 ann. circiter 500.)

Nocte quadam via fessus,  
 Torum premens sommo pressus,  
 In obscuro noctis densæ,  
 Templum vidi Pictavense  
 Sub statura personali,  
 Sub persona matronali  
 Situs quidem erat ei

B

Reverendæ faciei;  
 Sed turbarat frontem ejus  
 Omni damno damnus pejus.  
 Sic est tamen rebus merais,  
 Ut perpendas ex adversis  
 Quanti esset illis annis,  
 Quibus erat sine damnis  
 Juvenilis ille color.  
 Nullus erat, unde dolor  
 Nullus erat, sed in ore  
 Livor erat pro colore.  
 Hæret crini coronella,  
 Fracta nimis et procella  
 Vicem complet hic gemmarum  
 Grex corrosor tinearum.

C

Sunt in ventre signa famis,  
 Quem ostendit rupta chlamys,  
 Per quam patet indecenter  
 Locus ventris, et non venter  
 Hæc est chlamys, hic est cultus,  
 Quem attrivit annus multus  
 Ab extremo quidem limbo,  
 Gelu rigens, madens nimbo.  
 Est vetustas hujus vestis,  
 Novitatis suæ testis,  
 Innuendo quanta cura  
 Facta esset hæc textura.  
 Nunc se tenet mille nodis,  
 Implicata centum modis.  
 Hæc ut stetit fletu madens,  
 Flendi causam mihi tradens,

D

De se quidem in figura  
 Loquebatur inter plura,  
 Non desistens accusare  
 Navem, nautas, ventos, mare  
 Ut ex verbis nesciretur [f. nosceretur]  
 Quid vel quare loqueretur.  
 Mox infigens vultum cælis  
 Ora solvit his querelis:  
 Deus meus, exclamavit:  
 Quis me turbo suffocavit?  
 Quæ potestas impotentem?  
 Quæ vis urget me jacentem?  
 Unde metus? unde mæror?

Unde veni, vel quo feror?  
 Qui vel quales hi pirate  
 Qui insultant mersa rate?  
 Quæ procellæ, vel qui venti  
 Sic insurgunt resurgenti?  
 Nauta bone, via bonis,  
 Utens remo rationis,  
 Quam inepte, quam incaute  
 Sese habent mei nautæ!  
 Sed nec nautæ dici debent  
 Qui fortunæ manus præbent;  
 Nec rectorum more degunt  
 Qui reguntur, et non regunt.  
 His tam cæcis quam ignavis  
 Est commissus clavus navis,  
 Quam curtavit parte una  
 Piratæ vis importuna:  
 Nec a nautis est subventum  
 Contra ictus ferientum.  
 Timent viris non timenda  
 Hi a quibus sunt regenda.  
 Motum frondis, umbram lunæ  
 Timet illa gens fortunæ:  
 Si me cæcam cæco mari  
 Patiuntur evagari.  
 Procul collum a monili,  
 Procul latus a cubili,  
 Vilipendor a marito,  
 Cum ad torum hunc invito.  
 Tribus annis noctem passa,  
 Vehor mari nave quassa.  
 Non excludi noctem luce,  
 Nec errorem bono duce.  
**1358** Exclusit annis tribus  
 Potus sitim, famem cibus;  
 Vicem potus, vicem panis  
 Spes explebat, sed inanis;  
 Nam exspecto tribus annis  
 Quasi stultus fluxum amnis,  
 Amnis tamen elabetur,  
 Nec ad horam haurietur.  
 Malo fracto, scisso velo,  
 Ad extremum nunc anhele.  
 Nondum ventus iram lenit,  
 Sed a parte portus venit;  
 Ad occasum fiat ab ortu,  
 Non ad portum, sed a portu.  
 Dispensator qui dispensas  
 Cum privatis res immensas  
 Bene cuncta, nil inique;  
 Ita nusquam ut ubique,  
 Ortum suum cujus curæ  
 Debent omnes creaturæ  
 Quas creasti non creatus,  
 Factus nunquam, tamen natus;  
 Qui nil tantum potes nosse,  
 Qui non potes plus non posse.

(44) Sc. Petrus episcopus.

- A** Tu qui magnus sine parte,  
 Princeps pacis sine Marte,  
 Sine motu, sine loco,  
 Motum præces, præes loco  
 Tu qui bonus, imo bonum  
 Quem amplecti paucis pronum,  
 Quem affari non est planum.  
 Nescire quem est humanum  
 Bone Fili, bone Pater,  
 Bona Virgo, sed et mater;  
 Mater, inquam, immortalis  
 Sed caduca, sed mortalis;  
 Exaudite quem auditis,  
 Et quod nolo ne velitis.  
 Constat vobis id me velle.
- B** Ne me vexent hæ procellæ,  
 Ne jam credar sorte regi  
 Desponsata regum Regi.  
 Me lædentes Rex inclina,  
 Ne exsultent de rapina.  
 Facientibus rapinam  
 Rapina sit in ruinam;  
 Arce lupos cum piratis,  
 Ne desperet portum ratia.  
 Audi pastor qui me regis,  
 Da pastorem doctum gregis,  
 Se regnantem ratione,  
 Deviantem a Simone,  
 Qui sic pugnet in virtute,  
 Ne sint opes parum tutæ,  
 Sic dispenset; et hoc dicto,  
 Somnus abit, me relicto.
- C** CXVI. *De civitate Pictavi, et quodam ejus præsules*  
 (E Marianæo.)  
 Si cunctas urbes numeremus ab Alpibus infra,  
 Pictavis inter eas extulit una caput.  
 Hanc decorant princeps, plebs maxima, clerus  
 [honestus,  
 Agger opum, turris multa, situsque loci.  
 Major ad hanc super hæc accedit gloria, præsul (44);  
 Nobilis urbs tali præsule digna fuit.  
 Sed quoniam virtus in præsule plura habetur,  
 De virtute sua pauca referre libet.  
 Corpus, opes, studium, mores, cibus asper, egenus,  
 Lectio, probra, domat, carpit, alit; fugiunt.  
 Virtutes, culpas, fructum, fovet, amputat, auget.
- D** Jus, lite, pacem, protegit, odit, amat.  
 Si genus et species essent in præsule dotes,  
 Huic dotes essent et genus et species.  
 Largitur pœnas invitus, præmia gaudens;  
 Parcius has meritis, largius illa, suis  
 Fervet justitia, mitescit simplicitate;  
 Quippe rigore gravis, nobilitate pius.  
 O miræ gravitatis homo! nil præter honestum  
 Mens sua, lingua, manus, cogitat, edit, agit.  
 O miræ pietatis homo! nec honore superbit,  
**1359** Nec læsus cedit, nec dominando premit.

Fert misero, tribuit peccanti, servat amico  
 Auxilium, veniam, continuamque fidem.  
 Hunc mens ad cœlum virtutum subleuat alis,  
 Jamque sua fruitur pace videndo Deum (45).  
 Sic tamen astra petit, ut non terr-ena relinquat  
 Pastorem revocat sedula cura g-regi.  
 Ascendit speculando Deum, descendit in *imam*  
 Curam commissæ plebis; utrumque bonum.  
 Mente Maria vacat, sed in actu Martha lab-orat.  
 Est intenta gregi Martha, Maria Deo.  
 Sic apud hunc regnat Deus intus, proximum extra;  
 Hic desiderio, proximus obsequio  
 Diligit ille Rachel, nec Liam ferre recusat,  
 Uxoremque novus duxit utramque Jacob.  
 Hujus amat vultum, juvat hujus carpere fructum,  
 Cum sit pulchra Rachel, fertilliorque Lia.

CXVII. De Pictavi civitate, et ejus rege  
 (E Marianæo.)

Servili depressa jugo longumque sepulta,  
 Erige Pictavis libera facta caput.  
 Libertas tibi sera redit, de pulvere serge,  
 Tolle jugum, terge lumina, plaude manu.  
 Consulibus seducta tuis, tibi consuluieti:  
 Rex tuus ecce tibi mitis et acer adest.  
 In sibi subjectos mitissimus, acer in hostes;  
 Expedi urbs illo regia rege regi.  
 Ille salutaris dum lucifer exit in ortus,  
 Occasum Martis stella cruenta petit.  
 Pax viget, arma jacent, labor occidit, otia vivunt.  
 Cessat lege dolus, fertilitate fameæ.  
 Urbs latro-ne vacat (16), via cædibus, arva rapina,  
 Hostis frende-ntis obsidione fores.  
 Non pallet, pulsi-s canibus, formidine civis  
 Non implet vulgus seditione forum.  
 Præmi-a militibus redeunt, et civibus aurum,  
 Et suus obæsus inviolatus honor.  
 Servis libertas, fessis tutula colonis,  
 Spes miseris, risus flentibus, ira malis.

CXVIII. De Nativitate Domini.

(Paulo aliter et prolixior invenitur in ms. Elnonensi Regio num. 274, ann. circiter 500.)  
 Sol hodie nobis apparuit, unus et alter;  
 Hic opus, ille opifex; hic levis, ille manens.  
 Imperat hic stellis, et ut imperet, imperat illis;  
 Hic jubet ira dies, ille jubere jubet.  
 Sol oritur cum sole Deo, cum lumine lumen;  
 Lux cum luce, dies cum faciente diem  
 Virgo parit sine nocte diem, sine semine fructum;  
 Fit gravis absque viro, fit sine patre pater [f.  
 [parans].

Est ea res major, ea res est maxima rerum;  
 Est in ea lux major ea, rex maxima rerum;  
 Est magis ampla suo sarcina facta loco.  
 Nox ea pene dies, nullique secunda dierum,  
 Qua Deus induitur carne, caroque Deo.

(45) Horum versuum finis laceratione folii deest, quos, ut potuimus ex ultima littera conjicere, perfecimus. Videat lector utrum feliciter

(46) Deest in manuscripto laceratione folii initium

A Infectus factam nocte hac in fœdera factus (47).

Sol præit auroram, luciferumque dies.

Sol, inquam, verus, lux vera, jubarque serenum;  
 Illud et illa Deus, sicut et ille Deus.

[(48) Virgo Deum peperit, sed si quis quomodo  
 [quærit,

Non est nosse meum, sed scio posse Deum.]

CXIX. In visitationem Beatæ Mariæ ad Elizabeth.  
 (E ms. Elnonensi-Regio 274.)

Innuba si gravis est, nova res, et cœlica vis est.

1360 Fit gravis, ergo novum sidereumque bonum.

Oscula dat gravidæ verbo gravis; innuba nuptæ

Utraque dum gravis est, maris altera conscia non  
 [est.

CXX. Christus de se ipso.

(Ex eodem ms.)

B Pontus, terra, polus mihi subdita; Rex ego solus.

Solus ab æterno creo cuncta, creata gubernio.

Sum via virtutis, spes vitæ, porta salutis;

Ad patriam vitæ qui tenditis, ecce, venite.

CXXI. Quod bono male, et malo bene proveniat.

(E ms. Colb. 3019, f. 78.)

Est aliquando bene, ne gravibus superetur.

Est male quod maculas lavet, adversisque probetur.

Est aliquando malo bene quo gravius feriat.

Est male quod redeat velut hic, quoque jam patiat.

CXXII. De decem plagis Egypti.

(E ms. Colb. 3019, f. 80, Ebr. n. 49.)

Prima, rubens unda: ranæ tabesque, secunda;

Inde culex tristis; post musca nocivior istis;

Quinta pecus stravit; vesicas sexta creavit;

C Pene subit grando; post bruchus dente nefando

Nona tegit solem; primam vexat ultima prolem.

CXXIII. De Joseph.

(Ex eodem ms.)

Patre vocante Joseph, venit hic, pater imperat illi:

Vade Sichem, fratresque tuos, pecudesque revise.

Venit Ebron, intratque Sichem, non invenit illic

Aut pecus, aut fratres. Videt hunc errare per agros

Rusticus, et quærit quid quærat. Reddidit ille:

Fratres quæro meos, dic sicubi noveris esse.

Nescio, respondit; memini tamen inde loquentes

Sic dixisse: Gregem Dothaim ducamus in herbas.

Quo properante Joseph, et adhuc procul inde

[remoto,

Fratribus est visus; quo viso consiliantur

D Ut perimant illum. Sic et de fratre loquuntur:

En venit ille Joseph, qui somnia vidit; eamus,

Interimamus eum, sic scilicet experiemur

Quid sua portentant, vel quid sibi somnia prosint.

Intulit ista Ruben, unus de fratribus: Absit!

Ut fratres fratrem perimant, sed proficiatur

Vivus in hunc puteum; puteum monstraverat illis.

Dum dubitant, dubii quid agant diversa loquuntur.

Ire vident homines quosdam, quos ire videntes

horum sex versuum, quod ad mentem auctoris, ut putamus, supplevimus.

(47) Reg., infectaque factam.

(48) Hi duo versus desunt in Regio.

Hoc pariter laudant : Veniat, vendatur et istis.  
Dicitur ob quantum Joseph vendatur ; at illi  
Dant pretium, Josephque suis in curribus aptant.  
CXXIV. *De quatuor bonis et quatuor malis.*

(Ex cod. ms. Colb. 3019, f. 78.)

Spernere mundum, spernere sese, spernere nullum,  
Spernere se sperni, quatuor hæc bona sunt.

Quærere fraudem, quærere pompam, quærere  
[laudem,

Quærere se quæri, quatuor hæc mala sunt.

CXXV. *Verba Christi in cruce.*

(Ex eodem ms.)

A patria vitæ satis est errasse, redite.

Quos ego mercor ila, mea mors est publica vita.

Cruz finis legis, via vitæ, passio Regis,

Cui dedit interitum gratia, non meritum.

1361 CXXVI. *Cœlestia præferenda terrenis.*

(E ms. Colbertino, n. 1050 et 3019, et Ebroic. 19.)

Non bene discernis, qui præfers ima supernis ;

Nec satis est tecum, qui rebus subjicis æquum.

Quippe, quid argentum ? quid forma ? quid ordo  
(clientum ?

Quid celebres fundi ? Festum breve gloria mundi.

Nulla fides ejus ; hodie male, cras tibi pejus.

Expedit hoc uti, sed non præferre salutem.

CXXVII. *De variis actibus animæ.*

(Ex eodem ms. 1050.)

Hoc animus.... septem sibi vindicat actus

Vivificat, sentit, varias [f. varios] amplectitur artes,

Corrigit excessus, virtutibus instat ; in ipsam

Dirigit intuitum Deitatem, gaudet in illa.

Seminibus quoque primus inest ; animalia bruta

Participant alium, duo nostræ proprietatis.

Tres sunt et superum ; superi tamen anteferuntur,

Ex actu proprio vegetantur corpora, crescunt.

Provehit inde vigor, nexus, complexio, motus,

Et status, et species, et convenientia quædam.

Et alio tangit, videt, audit, gustat, odorat

Odit, amat, peti apta sibi, contraria vitat,

Solvitur in somnos, in somnia mente vagatur ;

Præteriti meminit, venturis instat, agitque

Plurima, quæ sensu, quæ non ratione geruntur.

Tertius ingenuus, aliasque perambulat artes,

Quæque vel ingenium, vel disciplina ministrat,

Colligit, et vario propectu mentibus hæret.

Quartus ab illicitis revocat, residues reatus

Abjurare docet ; extunc cognoscere sese

Incipit, inde novum niti ac transire docetur

Discimus ex quinto naturæ lege teneri,

Res inconcessas virtutis amore cavere,

Concessis aliquot etiam sine teste carere.

Sextus in aspectum solis, lucisque supernæ,

Pene parem superis animam rapit immaculatam.

Septimus astringit, stabilique subharrat amore,

Collateratque Deo, quam dotem jam speculetur,

Quos thalamos [f. qui thalami], quis cultus eam,

[quæ festa serenant,

Quis dicat : Speciosa veni. Dixere beatæ,

Majoresque animæ ; nec eis tamen antea virtus,

A Aut es lingua fuit, quibus hæc aperire liceret.

Excedit sensus, meritumque recondita merces.

CXXVIII. *De duodecim patriarchis allegorice per lapides Rationarii summi pontificis designatis.*

(Ex eodem ms. 1050.)

Ruben præcedens in origine, Jaspis in æde,

Virtutum simul, et fidei primordia signat.

In partu Simeon, sapphirus in æde secundus,

Triste cor insinuat, cui conversatio cælum.

Tertius appositus calcedon germine leni,

Incrementa boni, sed adhuc occulta figurant

In nascendo Judas, et quartus in æde smaragdus,

Ora professa fidem, fideique loquuntur agones.

Appositi quinti Dan : Sardonicusque paratos

Judicio memorant, humilesque ad pectore puro.

B Sardius appositus Nephtalim tempore, sextus,

Martyrium signant, et amoris duplicis ignes.

Chrysolithus templo ; Gad patri, septimus ortu

Accinctos in bella notant, signisque micantes.

Inde Beryllus Aser, octavus uterque figurant

Jam requiem mentis, operumque nitore beatos.

Nonus structura topazius, Issachar ortu

Contemplativos, et spe mercedis orantes.

Hinc decimus Zabulon chrysoprasusque recenset

In bello fortes, pretiique nitore relectos.

Undecimus jactu Jacinthus origine Joseph

1362 Volis addentes, atque omnibus omnia factus.

Inde verecundos, humiles, longoque merentes

Martyrio, dextram patris, amplexusque figurat

Benjamin et pariter amethistus uterque supremus.

CXXIX. *De multiplici veritate.*

(Ex eodem ms.)

Quæ summa boni est ? Mens semper conscia recti.

Pernicies hominum quæ maxima ? Solus homo alter

Qui dives ? Qui nihil cupiet. Quis pauper ? Avarus.

Quæ dos matronæ pulcherrima ? Vita pudica.

Quæ casta est ? De qua mentiri fama veretur.

Quid stulti proprium ? Non posse et velle nocere.

Quod prudentis opus ? Cum possit, nolle nocere.

CXXX. *De septem horis canonicis.*

(Ex eodem ms.)

Clauditur integra lux viginti quatuor horis.

Obsequio Domini septem sacrantur earum

Horam qua primum solaris sphaera videtur,

PRIMA.

D Astruimus Primam. Sol factus in hac positusque

In cælo, nobis diversos exhibet usus.

Hac hora Domino, qui tanta lampade mundum

Illustrat, laus est reddenda, deinde precandum

Ne scelerum tenebris obvolvi nos patiatur.

TERCIA.

Tertia multitudo sublimis lumine fulget.

Hac est factus homo, data lex vetus ; hac Synagoga

Ore Redemptorem crucifixit ; Spiritus almus

Discipulos docuit hora qua cœpimus esse.

Vas sigulum laudet, studeatque precando mereri,

Ne veterem sapiat, sed eum circumferat Adam.

Qui præjudicium tunc pertulit, oret adesse

Adversum vitiis, et amicum moribus ignem.

## SEXTA.

In sexta deliquit homo; tulit in cruce Christus;  
In genus humanum furit hostis meridianus.  
Quisquis es hac hora crucifixi morte redemptus,  
Munere pro tanto præmissis laudibus ores,  
Ne draco nactus in hac de primo patre triumphum,  
Te sibi substernat. Sed agat Deus hostia factus,  
Ne carni cedas, aut hosti meridiano.

## NONA.

Exiit in nona reus homo de paradiso:  
In nona Christus animam dedit, atque fideles  
In [f. de] tenebris ut eos reduceret, inde revisit.  
Spe factus consors, tam lætæ sortis eorum  
Laudibus instet homo, reditum roget ad paradysum,  
Qui clausus nona est, et tunc nonaque patebit.

## VESPERÆ.

Luna cum summa stellarum vespere factam,  
Et firmamento positam Scriptura recenset,  
Glorificetur in his tam multi luminis auctor,  
Qui variis facibus et cœli lumina pinxit,  
Et cœli tenebras ut oportuit irradiavit.  
Vesper erat cum jam miser, addictusque labori  
Occasum solis, quem nunquam viderat, Adam  
Obstupuit; tenebrasque timens, orasse refertur,  
Ne divina sibi solatia forte deessent.  
Ise quoque qui jactat se sacro fonte renatum,  
Laudibus exhibitis, et mente precetur, et ore,  
Ne sol justitiæ super illius occidat ausus.

## COMPLETORIUM.

Completa non est præfixum tempus in illa;  
Laudandus tamen est Dominus, votisque petendum,  
Ut quod peccavit transacto quisque diurno,  
Gratia dimittat; eadem quoque gratis præstat,  
Nerequiem noctis Satan aut phantasmata rumpant.

## MATUTINI AD MEDIAM NOCTEM.

Diluvium media prorupit nocte, gerensque  
Baptismi formam, scelerum contagia lavit.  
Hac Moyses hora, merso Pharaone suisque,  
**1363** Transiit exsultans Rubrum mare; David ad  
[hymnos  
Surrexit; pravos a justis dividet ignis.  
Nobis exemplum, miseratio, iudiciumque,  
Præferuntur in his, quibus ad meliora vocemur.  
David opus, precis exemplum, miseratio; ductus  
Inter aquas Moyses, sententia judicialis.  
Fluctibus involvi, vel plecti, iudice Christo,  
Auctori rerum laus exhibeatur in istis,  
Qui facit ut nobis operentur ista salutem.  
Erudit exemplum; veniam miseratio præstat,  
Iudicium terret; memor horum quisque fidelis,

## LAUDES.

Ad Laudes Domini præscripto tempore surgat;  
Laudibus et votis quærens evadere noctem,  
Qua circumfuso spes est ablata salutis.

## CXXXI. De tonsura clericali.

(Ex eodem ms.)

Ut capitis tonsura docet, rex atque sacerdos,

A Clericus et præsul fert mitram, rexque coronam.  
Accipitur, qui mitra quid est in vertice rasum;  
Qui subius remanent, sunt ipsa corona, capilli.

## CXXXII. De vinea evangelica.

(Ex eodem ms.)

Vinea culla fuit, cultores præmia quærent;  
Non labor æqualis, æqualia præmia quærent.  
Qui fuit extremus, dispensatore vocante,  
Tantumdem recipit quantum qui venerat ante.

## CXXXIII. Quot sint anni ab Adam ad Christum.

(Ex eodem.)

Bis decies deni centum quinquages anni  
A patre primævo sunt ad Christum minus uno.

## CXXXIV. De tribus ordinibus qui sunt in Ecclesia.

(E ms. Colbert., n. 1367.)

B Trinus in Ecclesia viget ordo, nolue in istis.  
Uxoratos Job, Daniel se mortificantes,  
Rectores Noe significat. Fuit iste maritus,  
Carnem mortificans Daniel, Noe rector in arca.  
Pristinum [f. Pistrinum], lectus, ager assignatur  
[eisdem  
Ordinibus; mola significat mundana, quietem  
Lectus, ager populum; mola sponsis est data, lectus  
Contemplativis, et agri cultura magistris.  
Ordo quisque duos, reprobum gerit atque fidelem.  
Hic manet ad pœnam raptus, capit ille coronam.  
Cœlum factum firmamentum mystica res est:  
Nam cœlum bonus Angelus est, qui postea factus  
Est firmamentum, firmatus, ne queat ultra  
Jam labi; quoniam stetit hic, dilabitur alter.  
C Arca Noe sursum fuit arcta, sed ampla deorsum.  
In cubito perfecta, deorsum bruta locantur;  
Et post hoc homines, volucres super. Arca figurat  
Ecclesiam: multos in ea cognovimus esse  
Irrationabiles; sic dilatatur in illis.  
Sunt homines in ea, sed pauci qui sua quærent,  
Et peccare cavent; sic angustantur in illis.  
Sunt in ea rari, quibus est mens spernere mundum.  
Virtutum pennis ut aves tolluntur in astra:  
Hi juxta cubitum resident in parte superna;  
Nam bene pro meritis loca distinguuntur eorum.  
Christum designat cubitus, spes tendit ad illum  
Ecclesiæ, quo perveniens, nil appetit ultra (49).

**1364** CXXXV. De communione et postcommunione.

(E ms. Turon.)

D Gaudia Christicolis confert communio sanctis  
Qua verum Domini corpus sub pane paratur,  
Et specie vini sanguis conceditur esse.  
Hoc sacramentum sumit pius ore sacerdos;  
Hoc faciat pura semper durable mente.

## CXXXVI. De gratiarum actione.

(Ex eodem ms.)

Actis grata datur pro tanto munere Christo.  
Exorat Dominum populus, laudesque revolvit:  
Tum redit ad proprias, prolatis laudibus, ædes.  
Missa est, ita domum, Christum laudate fideles:

(49) In edit. D. Beaugendre subsequitur: *Oblatio turturis et columbæ, quem supra vid. p. 1226.*

Missa est, ite domum, cuncti gaudete fideles.  
Deo gratias. Amen.

CXXXVII. *De quodam genere hominum, scilicet in omnibus fraudulentè conversantium.*

(E ms. olim Elnonensi, nunc Regio, n. 274.)

Sunt quorum sic noster amor fastidit amores  
Sint ut amicitias inimicitias poliores.  
Obsequio damnum, contemptum vero favore,  
Blanditiis rixas, odiumque merentur amore.  
Frons quorum fallit rigidos mentito catones,  
Quos accusat opus, quos vita probat nebulones;  
Occultatur in his acus, esca, flamma, favilla.  
Credulus accessor hac pungitur, uritur illa.  
Grex [*f. lex*] his una doli confundit fanda nefandis;  
Dum modo pace dolos, dum palliat aspera blandis  
Lacte dealbat fel, gladium quoque melle perungit.  
Nec cito provisus, cito toxicat, et cito pungit.  
Eloquio fauces armantur, corda veneno;  
Dulcis in ore nothus, in pectore multa Celeno;  
Mellitæ fauces, et amarum nectar in ore.  
Linguam prodit opus, et privat verba sapore  
Sermo sapit nectar, sed mens incacessit aceto.  
Credula turba cave, viscum virtutisque caveto.  
Aspis habet virus, syren habet improba viscum.  
Os æquat syren, cor virus, mens basiliscum.  
Hos odit pietas, his adversatur honestum.

A Præter honestatem qui nil censent inhonestum  
In quibus occultæ non est vox nuntia mentis,  
In quibus est virtus; usus bene decipiendi.

CXXXVIII. *De brevi subsistentia hominis.*

(Ex eodem ms.)

Dic, homo responde quid homo sit, cur sit, et unde;  
Dic, homo, quid sit homo, sed prius an sit homo.

Idne putas esse quod ut est festinat abesse,  
Quod cum vix steterit, labitur, imo perit!  
Stare putas hominem, cui mors ab origine finem

Nuntiat: Et meus est; ingeminat: Meus est?  
Longa manus morti; mors fortior Hectore forti.

Expugnant homines mœnia, mors homines,  
Roma pati didicit mortem, quæ cætera vicit.  
Mors regina tibi nascitur hic et ibi.

B Vita quid est jure nisi, mortis signa futuræ?  
Orta caro moritur, mortua non oritur.

CXXXIX. *De morte.*

Inter opes et delicias populique favores

Hoc animus recolat, hoc tua lingua sonet

Mors dominum servo, mors accepra ligonibus æquat,  
Dissimiles simili conditione trahens.

CXL. *Ad avarum.*

Si bene res detur, quamvis data semper habetur  
Nulla reservatæ gloria magna datæ.

## VEN. HILDEBERTI

### CARMINA QUÆDAM INDIFFERENTIA

1365 I. *Ad Romam de descensu sui.*

(E ms. Regio, n. 274.)

Roma nocens, manifesta docens exempla nocendi,  
Scylla rapax, puteusque capax, avidusque tenendi,  
Si tibi te jam præteritæ moda comparo fractam,  
In cinerem Romam veterem patet esse redactam.  
Roma modo, res absque modo, sitiensque lacuna,  
Dives egens, quæ cuncta regens se non regit una.  
Si quæris quanti fuoris, tu quæ cecidisti,  
Numen eras, caput orbis eras, dum Roma fuisti,  
His alis rota facilis et sua seque ferebat,  
Dansque salis, nihil ipsa datis dare majus habebat.  
Multa scientia, pauca superbia, regula morum,  
Os Ciceronis, vita Catonis, cura honorum,  
Arma potentis, cuncta domantia quæ nocuere,  
Te caput omnibus, ut patet, urbibus imposuere.  
Sic fuit utilis hæc rota mobilis, et bene tecum,  
Ut nihil amplius egerit altius, aut nihil æquum.  
Vidit et India pila minantia; signaque signis,  
Zonaque pigrior, unde remotior ætheris ignis.  
Vincitur Africa, prælia Punica multa debere.  
Dat tibi Gallia, victaque Græcia quæ nocuere.

(50) Forte Adelam comitissam Blesensem,

C Vincis, et omnibus hostis es hostibus et timor æque  
Docta resistere, prompta repellere fortia quæque;  
Inde pecunia, moxque superbia concipiuntur,  
Quæ duo turpia sunt comitantia, seque sequuntur.  
Desine credere te sibi vincere, dum tibi credis  
Fortia vincere, victaque lædere, te quoque lædia.  
Prælia pristina sunt data semina prima furorum;  
Afficit omnia rapta pecunia prima malorum;  
Stat modus et perit, et caput exerit. Eris acervus,  
Et domus amplior et numerosior et tibi servus.

Trita palatia, templaque ditia, ditior ætas  
Vult sibi surgere, jam sibi ponere nescia metas  
Machina regia, nititur obvia demere pronis,  
Astra volantibus, æquora piscibus, arva colonis;  
Mensa capacior his modo quam prior, et nitet ære;

D Vas quoque fictile, ceu sit inutile, spernit habere.  
Sic bona turpibus urbs data sumptibus est malefacta,  
Fractaque, stantia stat super omnia per prius acta.

II. *Ad A. comitissam (50).*

(E ms. Turon.)

Augusti soboles serle sublimis avorum,  
Missa tibi placeant quantulacunque precor.